ꝙ nihil oĩno recipit qꝺ nõ habet de naturalibꝫ:ſicut
eſt locutio:quia ſicut prius diximꝰ ſola cõuerſio ſuf
ficit excitatiõi: vnde ꝑ hoc ipm ꝙ videt eũ ad ſe ꝯuer
ſum cũ vterq ſit lumẽ intelligibile/ ⁊ volũtas nõ eſt
claudẽs determinat̃ in ipſo audiẽte cognitio eiꝰ :ad
hoc qꝺ ille vult exprimere.

## An angeli omnia loquant̃. Art. XIIII.

N

S Ecũdo querit̃ vtrũ oĩa loqui poſſint:⁊ videt̃
ꝙ nõ:qꝛ nõ poteſt aliq̃s exprimere qꝺ nõ ha-
bet in cognitiõe:ſed cõtingẽtia a libe.ar. de-
pendẽtia nõ habẽt in cognitiõe:ergo illa nõ pñt exp-
mere: prima patet:media ꝓbat̃ per hoc ꝙ nõ cogno
ſcũt niſi ea quorũ formas acceperũt in creatiõe/non
autẽ tũc acceperũt niſi eoꝝ q̃ ſm curſum nature eue-
niunt:ſicut patet ab Augu. ſuꝑ Gen̄. ꝙ acceperũt co
gnitionẽ vniuſcuiuſq rei fiẽde per opꝰ diſpoſitionis
⁊ ornatꝰ ⁊ ꝓpagatiõis antecq̃ꝫ eſſet in verbo vel a v-
bo:ergo videt̃ ꝙ de his que pure ſubſunt libe.arbi.
nõ habẽt ptãtẽ exprimẽdi. Sed cõtra dicit Boe.
ꝙ q̃cq̃d poteſt potẽtia inferior põt ⁊ ſuperior :ſꝫ nos
poſſumꝰ loqui oĩa que ſunt in corde noſtro tã a na-
tura q̃ꝫ a li.ar. depẽdẽtia:ergo ⁊ illi. Sol'o ad hoc Solutio
dõm ꝙ angeli oĩa cordis ſui cõcepta poſſunt depro- ad totũ.
mere ſicut ⁊ nos:⁊ hoc a natura habẽt /ita ꝙ nõ indi
gent verbo:qꝛ etiã demões ita loquunt̃:⁊ ſicut ĩ no-
bis eſt q̃ꝫdiu eſt cõceptꝰ mẽtis in ſola poteſtate li.ar.
ꝙ tũc nõ cognoſcit̃ niſi a nobis ⁊ deo:ita eſt in illis:
ſed ſicut in nobis ꝓnũciatio ordinat cõceptũ ad na-
turalia inſtrumẽta ꝓnũciãdi vel audiẽdi/ ⁊ tũc natu
ralit̃ audit̃:ita in angelis ordo cõuerſionis ad aliũ
cũ volũtate exprimẽdi cauſat auditũ in vno rẽ/locu-
tio in alio:⁊ illa cõuerſiõe cõceptꝰ qui ſubfuit li.ar.
extrahit̃ extra ipm ad naturalia quodãmõ/ ⁊ tũc ab
alio eſt intelligibile vt dictũ eſt priꝰ. Et qꝺ obijcit̃ ꝙ
nõ habẽt cognitionẽ eorũ que pure ſubſunt libe.ar-
verũ eſt q̃ꝫdiu tm̃ in libe.ar.ſunt: ſꝫ qñ ordinant̃ ad
ordinẽ pronũciatõis iã ſũt naturalia:qꝛ ſicut nobis
naturale eſt audire loquẽtẽ/ſiue ipſe velit/ſiue nõ ve
lit dũmõ loq̃t̃ :ita naturale eſt audire angelo/ ſiue
ſuſcipere ad ſe ꝯuerſum ſub volũtate exprimẽdi :⁊ ſi
militudinẽ rei ad rẽ determinatã ꝑ intẽtionẽ ĩnote-
ſcendi rẽ illã alteri:⁊ hoc vocat Baſi. motus intẽtio
nũ q̃bus innoteſceremꝰ inuicẽ/ ſi tm̃ nuda ⁊ intecta
anima viueremus.

## An angeli omnes oĩbus vel quidã q̃buſdã loquãtur ⁊ vtrũ diſtãtia põt eis facere loquele impedimentũ ſicut apud nos. Arti. XV.

O

T Ertio querit̃ vtrũ oẽs oĩbus vel quibuſdã Q nõ oẽs
loquant̃. Uidet̃ aũt ꝙ tm̃ q̃dã q̃buſdã ꝑ glo. oĩbꝫ loq̃nt̃
ad Cor. 3. que dicit ꝙ ſuꝑiores ĩferioribꝫ qꝺ
de dei volũtate ĩtellexerũt ſignificãt nutibꝫ ⁊ ſignis
que lingue vocant̃. P loqui eſt illuminare de cõce-
ptu cordis:cũ ergo illumĩatiões deſcẽdãt a ſuꝑiori-
bus in inferiores:⁊ nõ ecõuerſo: videt̃ ꝙ tm̃ ſuꝑio-
res loquant̃ inferioribꝫ ⁊ nõ ecõuerſo. Sed cõtra Q oẽs oĩ
bus loq̃nt̃

apud nos oēs indifferent̄ poſſumꝰ oībus loqui per naturā: ꝗ cū non ſint inferioris ꝓtātis angeli ꝙ̄ nos
qſtiūcula. videt̄ ꝙ ipſi oēs oībus loq̄ poſſunt. Itē3 querit̄ ſi diſtātia pōt eis facere impedimētū loquele ſicut apud nos nō audit nos qui plus vel minus diſtat vltra ꝙ̄
Obiectio poſſumꝰ frangere aerē. Videt̄ ꝙ ſic: q2 legimꝰ angelos clamare alterū ad alterū. Eſa. 6. Nō autē eſt neceſſarius clamor niſi ꝓpter ſurditatē vel ꝓpter diſtātiā: ſurditas autē nō accidit angelis: ergo clamor eſt ꝓpter diſtantiā vt videt̄.
Sol'o ad ꝑma in vtrāq3. Sol'o dico ſine preiudicio ꝙ duplex eſt locutio in angelis: vna que vocatur illuminatio a Dyoñ. ⁊ illa eſt de his que manifeſtātur in verbo: ⁊ nō ſunt de ſuba beatitudinis in ſpeciali: ſed ſunt de diſpēſatiōe mūdi futura ⁊ ſacramētorū ⁊ eccleſie: ⁊ verū eſt ꝙ illa locutio deſcēdit a ſuperiorib3 in inferiores: q2 illa illuminatiōe ſuꝑiores purgāt/illumināt/⁊ perficiūt inferiores ſe. Alia autē eſt locutio de cōceptis in corde ꝓprijs: ⁊ illa locutione ⁊ boni ⁊ mali loquūtur/⁊ oēs oībus.
Ad queſtiūculam. Ad id qđ querit̄ de diſtātia dicendū ꝙ diſtātia loci nihil facit in eis: ſed tm̄ ordo cōuerſiōis ad alterū ꝑ intētionē īnoteſcēdi ſibi.
Ad obiectionem. Ad id qđ obijcit̄ de clamore dicēdū ꝙ clamor angeli ſignificat magnitudinē exprimēdi nō neceſſitatē audiētis vel ſpaciū diſtātie inter audientē ⁊ loquētē.

Arti. XVI. P

## An angeli ī ſuis locutōibꝰ ⁊ auditibꝰ vtūtur linguis auribꝰ aut q̄buſdā organis.

Qđ āgelꝰ nō habeat organa. V ltimo querit̄ de organis audientiū ⁊ loquētiū. Cū em̄ angelus ſit ſuba ſeparata: videt̄ nō habere organa nec etiā potētias ad hmōi organa determinatas: ſicut habēt aīe exute a corporibus: ſicut legit̄ de lingua diuitis dānati ⁊ digito
Obiectio Lazari. Sed ſi hoc cōcedat̄/tūc videt̄ ꝙ loqui eoꝝ ⁊ audire nihil addit ſuꝑ ītelligere ſm actū qđ falſum eſt: q2 hoc nō habet rōnē loquele.
Sol'o ad primū Ad hoc dicēdū ſine ꝑiudicio ꝙ angeli habēt linguas ſpūales: ⁊ ille nihil aliud ſunt ꝙ̄ poteſtas cōmunicādi cōſilia ⁊ cōceptus ſuos inuicē.
Ad obiectionē Ad hoc autē qđ obijcit̄ ꝙ loq̄ eorū nō videat̄ eē niſi ītelligere ſm actū dicēdū ꝙ ad loqui cōcurrūt tria. ſ. intelligere ſm actū/⁊ cōuerſio ad alterū ſub volūtate īnoteſcēdi/⁊ intētio dirigens ſil'itudines ad res de quib3 eſt ſermo. Sil'iter ad auditū iſta cōcurrūt. ſ. ꝯuerſio ad loquentē/⁊ voluntas accipiēdi ꝯceptū/⁊ directio ſil'itudinis ad rē eandē.
qſtiūcula. Et ſi queris quomō pōt hoc eē ꝙ vno cōuerſo ad alterū ⁊ ecōuerſo ille cōuertit̄ ad iſtū.
Sol'o Dicēdū ꝙ h̄ contingit ꝑt̄ lumē intelligētie vnīꝰ directe ad alteꝝ: ſicut em̄ radiꝰ lumis corporalis applicat̄ alteri: ita etiā3 radiꝰ lumis ſpūalis vnīꝰ intelligētie in vno angelo applicat̄ radio intelligentie angeli alteriꝰ: ⁊ hoc mō etiā applicant̄ aīabus in reuelatiōe. Ex hoc etiā p3 ꝙ nec cōmunitas formaꝝ impedit intellectū cū forma ſemꝑ ꝑ directionē ad rē determinet̄/nec etiā decipiunt̄ equiuocis ⁊ amphibologicis: q2 res deſminata excludit omnia illa.

Art. XVII. Q

## An licet ſcrutari ſuperna myſteria.

D Einde querit̄ de hoc qđ dicit [ Scrutari nō licet ſuꝑna myſteria ⁊c. [. ſ. c. Oēs em̄ ſcti doctores ſcrutati ſunt myſteria trinitatis et diſcuſſerūt: ergo videt̄ ꝙ oēs peccauerūt.
Sol'o Ad hoc reſpōdendū eſt per hoc qđ dicit Bernñ. ſuꝑ cant. ſermōe. xvij. Spūs ſcrutat̄ nō ſolū hominū corda ⁊ renes: ſed etiā ꝓfunda dei: ⁊ ſiue ad yma/ſiue ad alta ſecurus ſequor eū quocūq3 ierit tm̄ vt cuſtodiat corda noſtra ⁊ intelligētias noſtras/ne forte cū nō aderit ad eſſe putemꝰ/noſtrūq3 pro ipſo ſeq̄mur ſenſum deuiātes: vnde ſcrutātes ſcrutinia ſuo ſenſu ⁊ vi ratione volentes potius interrūpere in ſecreta dei ꝙ̄ ꝑ doctrinā ſpiritus introduci hic rep̄hēdunt̄ ſicut infideles qui terminos articuloꝝ fidei nō cuſtodiunt: nō aūt rep̄hēdūt̄ ſtudētes ⁊ inq̄rētes cū pietate.

## Utrū debeat dici ſemper gignitur vel ſemper genitus eſt filius.

Hic queri pōt cu3 generatio filij a patre nec principiū habeat nec finē: q2 eterna eſt vtrū debeat dici: filius ſemꝑ gignit̄: vel ſemꝑ genitus eſt: vel ſemꝑ gignet̄. De hoc Grego. ſuper Job ait: Dñs deus ieſus in eo ꝙ virtus ⁊ ſapiētia dei ē de patre añ tēpora natꝰ eſt: vł potius: q2 nec cepit naſci: nec deſijt dicamꝰ verius ſemper natus: nō aūt poſſumꝰ dicere ſemꝑ naſcitur ne imperfectus eſſe videatur.
At vero vt eternus deſignari valeat ⁊ perfectus. ⁊ ſemꝑ dicamꝰ ⁊ natus quatenus ⁊ natus ad perfectionē ꝑtineat: ⁊ ſemper ad eternitatē: ꝙ̄uis per hoc ipſum ꝙ ꝑfectū dicimꝰ: multū ab illiꝰ veritatis exꝑſſione deuiamus quia qđ factū nō eſt: non poteſt dici proprie perfectū: ſed balbutiēdo vt poſſumꝰ excelſa dei reſonemꝰ. Et dñs noſtre infirmitatis verbis cōdeſcēdens. Eſtote inquit perfecti ſicut ⁊ pater vr̄ celeſtis perfectus eſt. Super illū locū etia3 pſal. Ego hodie genui te. De hac generatiōe filij ita loquit̄ Augꝰ Quāq̄ per hoc ꝙ dicit hodie poſſit etiā intelligi dies ille quo chriſtus ſm hominē natus eſt: tamen q2 hodie preſentiā ſignificat atq3 in eternitate neq3 preteritū quicq̄ eſt quaſi eē deſierit: neq3 futurū quaſi nondū ſit: ſed p̄ſens tm̄: q2 quicquid eternū eſt ſemꝑ eſt: diuinitꝰ tamē accipit̄ de ſempiterna generatiōe ſapientie dei. Ecce his verbis oſtēdit Augꝰ ꝙ generatio filij ſemꝑ eſt: nec preterit nec futura ē: q2 eterna eſt. Ideo dixit genui: ne nouū putaretur. ſ. ne videret̄ incepiſſe. Hodie dixit: ne preterita generatio videret̄. Ex his ergo verbis prophete: vt ait Johannes Chryſ. nihil aliud manifeſtat̄: niſi q2 ex ipſa eſſentia patris ſemꝑ genitus eſt filius. a
Mat. 5.
pſ. 2. b

R

b H Ic q̄ri pōt cū generatio filij a patre ⁊c̄]. Hic incipit ſecūda pars diſtinctōis illiꝰ in qua docet magiſter quib3 verbis vtēdū eſt in eternitate diuine generatōis exprimēda. Et diuidit̄ ī partes q̄ttuor: in quaꝝ prima ꝓbat ꝙ cōuenietiꝰ exp̄mitur verbis p̄teriti ⁊ p̄ſentis tēporis ſimul acceptis. In ſcđa obijcit ꝯtra hoc per v̄ba origenis ibi: [Origenes dicit ⁊c̄. In tertia ſoluit ibi [S3 ne tāti doctores] In quarta ex ſolutiōe elicit q̄liter ⁊ q̄b3 v̄bis de

de gñatiõe diuina loq̃ndũ eſt ibi [Dicam⁹ ḡ filiũ ⁊c̄.

Arť.XVIII **An generatio filij a p̄re ſit finita vľ ĩfinita**

Ncidit aũt hic q̃ſtio in principio: vtrũ gene-
Arguiť p° q̄ infinita. i ratio filij a patre ſit finita vel infinita. Videť
aũt q̄ ĩfinita: q2 in eternitate: nihil aliť ſe ha-
bet: ergo ſi pať genuit veꝝ eſt q̄ adhuc generať. ge-
neratio aũt que ſemp̱ eſt in actu gñatiõis nũq̄3 finiť:
20 ergo videť q̄ generatio filij a patre ĩfinita ſit. Jtē
q̄cq̄d eſt in deo nõ finiť duratiõe/ vel loco/ vel intel-
lectu: gñatio diuina eſt in deo: ergo nullo hoꝝ finiť
Arguiť 2° q̄ ſit finita. ergo videť q̄ ſemp̱ gñať. Sed ꝯtra q̄cq̄d ſemp̱ eſt
in generari nũq̄3 eſt ingenitũ eſſe: ḡ ſi fili⁹ ſemp̱ eſt in
generari nũq̄3 eſt ingenitũ eſſe/ qđ falſum eſt: q2 non
2° eſſet fili⁹ niſi eſſet genit⁹. Jtē q̄cq̄d ſemp̱ eſt in ge-
nerari nũq̄3 eſt cõpletũ per generationē: ḡ ſi fili⁹ ſem
per eſt in generari/ fili⁹ nũq̄3 eſt perfect⁹ ⁊ cõplet⁹ p̱
generationē qđ iteꝝ falſum eſt: ergo generatio eius
Soľo nõ eſt infinita. Si dicas q̄ idē eſt in generari ⁊ ge-
Obiectio nitũ eſſe. Cõtra/ aut ergo ſimul ſunt duratiõe gene-
rari ⁊ genitũ eſſe: ſed nõ natura/ aut ſimul natura ⁊
tp̱e. Si primo mõ ergo gñari eſt prius natura q̄3 ge
nitũ eſſe: ſed in oĩbus talib9 prius infert poſterius ⁊
nõ cõuertiť: nõ em̄ ſequiť in milleſimũ annũ ſi geni-
tũ eſt: ergo generať: ſ3 ſequiť bñ ſi generať: ergo ge-
nitũ eſt: ergo cũ mõ verũ ſit q̄ fili⁹ eſt genit⁹ nõ eſt ve
rũ q̄ generať qđ falſu3 eſt cũ recipiat fides hmõi lo-
Soľo cutões/ fili⁹ ſemp̱ generať: vt hic p̱bat mgř. Si di
Obiectio cas q̄ gñatio filij eſt finita ad genitũ eſſe. Videť fal
ſum eſſe: q2 tũc aliq̄ñ fuit incõpleta ⁊ ingenitũ eē fa-
3° cta eſt cõpleta. P̄ q̄ñq3 fuit in gñrari: q̄ñq3 aũt in-
genitũ eſſe: ⁊ ita variatio eſt in eternitate qđ ſtare cũ
q̃ſtiũcula. p̱habitis nõ põt. Jtē eſt ne cõcedẽdũ ſaltē ſm intel
Obiectio lectũ q̄ generari eſt añ genitũ eſſe. Videť q̄ ſic: cũ fi-
lius nõ accipiat eē qđ eſt niſi p̱ generationē: ergo ge-
neratio vt videť eſt ante. Si hoc dať. Cõtra eſt ĩtel
Soľo ad oĩa predicta. lect⁹ eternitatis q̄ eternũ ponit totũ eſſe ſimľ. So
lutio dõm q̄ iſta q̃ſtio in dĩnis nõ habet locũ: q2 nec
ibi eſt finitũ nec infinitũ. Jnfinitũ nõ eſt: q2 illud eſt
imp̱fectiſſimũ/ cui⁹ p̱tes accipiẽtes ſemp̱ eſt aliquid
extra accipere: ⁊ iõ etiã in naturalib9 ⁊ mathematic3
infinitũ nõ eſt niſi in eo qđ eſt finitũ actu ⁊ in potētia
in illo ⁊ nõ actu: infinitũ em̄ qđ iteratiõe ſiue regene
ratiõe eiuſdē mot⁹ circuli ſine q̄etis ĩterpoſitõe ē in-
finitũ nõ põt ibi eſſe: q2 nõ iterať ſemp̱ eadē genera-
tio ſine q̄ete: ſicut mot⁹ circuli infinit⁹ diciť regene-
ratiõe q̄ntũ ad principia naturalia: vñ nullo mõ eſt
ibi ĩfinitũ ſic acceptũ niſi hoc mõ quo ſupra dictũ eſt
q̄ infinitũ eſt nõ finitũ vel mẽſuratũ tp̱e/ loco/ vľ po
teſtate cõp̱hẽdentis intellect⁹. Finitũ etiã nõ eſt ibi:
q2 finitũ diciť vel qđ attingit cõplemẽtũ poſt motũ/
q̄ñ. ſ. poſt moueri eſt ĩmotũ eē: ⁊ ſic nõ põt eē in diui-
nis penit⁹ ĩmutabilib9. Alio mõ diciť finitũ cõten-
tum intra fines terminãs ip̄m intra vel extra: ſicut
res termĩať ad formã ⁊ figurã ſuã vel ad eēntiã ſuã
extra quã de re nihil eſt. Extra aũt ſic res terminať
ad locũ/ ⁊ neutrũ illoꝝ cõpetit diuinis: q2 deo nõ cõ
ſtituiť termin⁹ ſue eēntie: licet ip̄e ſibi finit⁹ ſit tñ nõ
finiť ad aliq̄d creatũ q̄ ſemp̱ ſit nõ incluſus: ſed extra
incõparabiliť. Vñ dicim⁹ q̄ gñatio diuina nec fini-
ta eſt/ nec infinita eſt: ſ3 ſimplex. Simplex em̄ vt di-
cit p̄hs/ nec finitũ/ nec infinitũ eſt/ nec hoc eſſet dõm
q̄ generari differat a genitũ eſſe: q2 iã ſup̄ p̱batũ eſt
q̄ nõ ē fieri aliqđ añcedẽs filiũ/ nec actio aliqua inť
patrē ⁊ filiũ per quã exeat fili⁹ a patre: ſed generatio
dicit rõnē p̱ quã fili⁹ eſt a patre: vñ generatio actiue
intellecta idē eſt qđ paternitas vel pať licet differãt
in mõ ſignificãdi. ſiľiť generatio paſſiue accepta idē
eſt qđ fili⁹ differēs ĩ mõ intelligẽdi tm̄: ⁊ iõ nihil eſt
qđ queriť vtrũ generari ⁊ genitũ eſſe ſimul ſint tp̱e ⁊
naſci vel natura pri⁹ vnũ alio: ſed nõ tp̱e: q2 neutro
mõ ſunt. Jdē em̄ ſibi nõ eſt ſimľ ſecũ/ eo q̄ ſimultas
ſit diuerſoꝝ: que ſunt in loco vel tp̱e vno: ſ3 generari
⁊ generatio ⁊ fili⁹ in diuinis ⁊ genitũ eſſe ſunt idem
aliter tñ ſignificatũ: ⁊ iõ nõ eſt ibi/ nec pri⁹ natura/
nec eternitate/ nec ſpacio: ſed cũ diciť fili⁹ generať a
patre ſignificať mod⁹ quo fili⁹ eſt a patre: cũ aũt di-
citur generatio ſignificať rõ illi⁹ exiſtẽtie qua ē a pa-
tre. cũ diciť fili⁹ genit⁹ ſignificať mod⁹ quo eſt in fi-
lio id qđ patris eſt. cũ diciť fili⁹ ſignificať determi-
natio habẽtis principiũ in cõparatõe reſpect⁹ ad p̄n
cipiũ illud: ⁊ q2 oẽs iſti modi ſunt eiuſdē in ſignificã
do ip̄m diuerſimõe. Jõ fides admiſit oĩa verba tp̱is
exprimẽtis modũ talis exiſtẽtie: ⁊ p̱ hoc p3 ſoľo ad to
tũ: nõ em̄ pono ibi fieri vel actũ inter patrē ⁊ filiũ: ſ3
verbũ importãs actũ generatõis in humanis quã-
do trãſferť in diuina abſtrahiť ab agere vľ pati ⁊ tē
pore/ ⁊ retinet tm̄ rõnē act⁹ ſui q̄ ratio in diuinis di
cit notionē hoc vľ illo mõ ſignificatã: ⁊ iõ totũ qđ ibi
eſt p̱fectũ eſt nihil in fieri nihil in factũ eſſe: ſ3 filij de-
mõſtratio a patre p̱fecti a p̱fecto ⁊ vni⁹ ab vno.

**Vtrũ fili⁹ ſemp̱ poteſt dici nat⁹ ⁊ genit⁹ ⁊ quid notãt tria tp̱a importata in participio: verbo: aduerbio diciť fili⁹ eſt ſemp̱ nat⁹.** Arti. XIX. S

Einde queriť de hoc qđ dicit ibi [Et ſemp̱ di
D camus ⁊ natũ ⁊c̄. ſ. a. Jn talib9 em̄ locutõi
bus vbi duo tp̱a ſignificãť/ vnũ tm̄ determi
nat cõparationē: ⁊ alteꝝ eſt reſpectu cui⁹ alteꝝ acci-
pitur: vt cũ diciť ille amat⁹ eſt tp̄s p̄ſens qđ accipiť
p̱ li eſt nõ eſt mẽſura actus vel paſſiõis q̄ importať p̱
li amat⁹: ſed poti⁹ p̄teritũ tp̄s qđ cõſignificať in hoc
q̄ dico amat⁹. Et tp̄s accipiť ibi reſpectu p̄ſent3 ad
qđ terminatũ eſt illud p̄teritũ: ḡ videť q̄ ſiľiter cũ di
citur filius ſemp̱ natus eſt q̄ preteritũ referať ad ge q̃ſtiũcula
nerationē ⁊ preſens ſit nũc ad quod terminatur pre
teritio p̄terita. Preterea cũ diciť ſēp̱ natus eſt tria
tp̄a importãť: ⁊ queriť q̄d notēt illa tria circa gene-
rationē diuinã. P̄ queriť qđ iſtoꝝ tẽpoꝝ magis
cõpetit diuine gñatiõi. Soľo dõm q̄ hmõi parti Soľo
cipia nat⁹ ⁊ genit⁹ abſtrahẽda ſũt a ꝯſignificato tp̱e p̄ncipaľ ad
⁊ ſiľiter verba: ⁊ tm̄ debet intelligi retinere id qđ no q̃ſitũ p̄mũ.
bilitatis eſt in ipſis q̄ntũ ad differẽtias tp̱is cõſigni
ficatas: ſicut p̄teritũ a p̄teritiõe eſt abſtrahendũ ⁊ re
tinere debet neceſſitatē: q2 p̄teritũ eſt neceſſariũ ſolũ
inter tẽporalia: ⁊ ideo verbũ vel participiũ p̄teriti tē
poris notat circa diuinã generatõe3 neceſſitatē tm̄.
Similiť p̄ſens ſolũ eſt in tẽporib⁹ entitas: ergo de-
bet referri in diuĩa ⁊ mutabilitas ⁊ tẽporalitas ab-
ſtrahi. Futurũ aũt vicini⁹ enti eſt q̄3 p̄teritũ: q2 futu-
rũ aliquãdo erit: p̄teritũ aũt iã deficit/ tũc igiť futu-
rũ accipiať ratiõe entis qđ nõ deficit ex tẽpore: ⁊ tũc
ꝯuenit diuinis: ſed futuꝝ inſup̱ dicit in potẽtia ens
⁊ nõ in actu: ⁊ hoc diuinis nõ cõuenit. Ex hoc patet
q̄ nľľa eſt obiectio prima: q2 nõ notãt tẽporales mo
tus in diuinis verba vľ participia: ſed referũtur ad
diuina rõne eius qđ habẽt de perfectiõe. Ad hoc Ad q̃ſtiũcu
qđ queritur quid notēt tria tẽpora in verbo impor- lam
tata participio ⁊ aduerbio: dõm q̄ aduerbiũ notat

eternitatis indeficiētiā: participiū aūt notat gñatio
nis neceſſitatē / ⁊ verbū notat entitatē ipſiꝰ.

Arti. XX. C Utrū generatio filij ex maria virgine ſit
a patre aut a tota trinitate.

Einde querit̃ de hoc qđ dicit [Quāq̄ per h
D qđ dicit hodie etiā poſſit intelligi dies ⁊c.].
Arguit̃ po ſ.b. Hoc em̄ falſum videt̃: qꝛ nec pater nec
ſpiritusſanctus genuit eū ex maria virgine. Ipē em̄
generatōe tēporali eſt in terris ſine patre: ſicut gene
20 ratiōe eterna in celis eſt ſine matre. P cū tres cō-
muniter incarnationē eius fecerunt ſm hoc qđ dicit
tres cōiter patres fuerūt: ⁊ genuerūt eū: ergo ipē fi-
Solutio lius genuit ſeipm̄ qđ falſum eſt. Solutio dicēdū
ad totū. ꝙ improprie locutus eſt Augꝰ ⁊ ſm tēporalē gene-
rationē ſi dicat̃ ꝙ pater genuit: exponēdū eſt. i. fecit
ꝙ generaret̃: ⁊ eſt ſimilis modꝰ loquēdi. Mat. 3. ſup
illud: Potēs ē deꝰ de lapidib; iſtis ⁊c. vbi dicit glo
ſa in hmōi rei teſtimoniū deus de ſara genuit filiū h
eſt fecit ꝙ generaret̃ de ſara.

## Origenes videtur dicere cōtra-riū: ait enim ꝙ ſemper generatur filius a patre.

Origenes vero ſuper Hieremiā dicit ꝙ filiꝰ
ſemꝑ generat̃ a patre: his verbis: Saluator
noſter eſt ſapiētia dei: ſapiētia vero eſt ſplē
dor eterne lucis: ſaluator ergo noſter ſplen-
dor eſt claritatis. Splēdor aūt nō ſemel na-
a ſcitur ⁊ deſinit: ſed quotiēs ortū fuerit lumē
ex quo ſplēdor orit̃: totiēs orit̃ etiā ſplēdor
claritatis. Sic ꝫ ſaluator ſemper naſcit̃. Un̄
ait i lib. Sap̄. Añ oēs colles generat me dñs
Nō vt q̄dā male legūt: generauit. His ver-
bis aperte oſtēdit Origenes ſane dici poſſe
⁊ debere filius ſemper naſcit̃. Qđ videt̃ con
trariū illi verbo Grego. premiſſo. ſ. nō poſſu
mus dicere ſemper naſcitur.

## Exponit p̄miſſa verba Gregorij ne putetur inter doctores eē cōtrarietas.

Sꝫ ne tāti auctores ſibi cōtradicere i re tāta
videant̃ illa ꝟba Grego. benigne interp̄te-
mur Dñs inq̄t ieſus añ tp̄a natꝰ ē de pr̄e: vl̃
potiꝰ: qꝛ nec cepit naſci nec deſijt: dicamꝰ ve
rius ſemper natꝰ. Sed quō verius dicitur h
ſcꝫ ꝙ filiꝰ ſemꝑ natꝰ eſt q̄ꝫ illud. ſ. ꝙ de patre
añ tp̄a natꝰ eſt. Illud em̄ ſincera ⁊ catholica
fides tenet ac p̄dicat: vt iſtud. Quare ꝫ ait
dicamꝰ verius: cū vtrūq̄ꝫ pariter ſit ver̄: niſi
qꝛ volebat intelligi hoc ad maiorē euidētiā
⁊ exp̄ſſionē veritatis dici q̄ꝫ illud. His etem̄
verbis oīs calūniādi verſutis hereticis ob-
ſtruitur aditus q̄bus xp̄i ſm deitatē genera
tio ſine initio ⁊ ſine fine eſſe ac ꝑfecta mōſtra
tur. Nō aūt adeo aperte ſemꝑ manifeſtatur
veritas: cū dicit̃ filius ante tēpora genitꝰ eſt
de patre vl̃ filius ſemꝑ naſcit̃ de patre. Et iō
dicit Grego. ꝙ nō poſſumꝰ dicere ſemꝑ naſci
tur. Nō inquā ita cōuenieter: nō ita cōgrue
ad explanationē veritatis. Pōt tñ dici ſi ſa-
ne intelligat̃: ſemꝑ em̄ naſcit̃ filius de patre:
(vt ait Origenes) nō ꝙ quottidie iteret̃ illa
generatio: ſꝫ qꝛ ſemper eſt: ſemꝑ ergo naſcit̃
id eſt natiuitas eius ſempiterna eſt.

An filius ſemper generetur a patre: ſicut Arſ. XXI. A
ſplendor a lumine.

Einde querit̃ de hoc qđ dicit [Quotiens lu
D mē ortū fuerit ex quo ſplēdor orit̃ ⁊c.]. ſ. a.
Hoc em̄ videt̃ falſum: qꝛ ſm hoc filiꝰ multo- Solō
tiens generaret̃ qđ hereticū eſt. Rñſio dōm ꝙ nō
iterat̃ diuina generatio: ſicut ſplēdor iterat̃: ſꝫ qꝛ ge-
neratio nō dicit niſi rationē qua filius eſt a patre: ⁊
illa cōtinue demōſtratur ⁊ non ſemel ⁊ deficit: ideo
recipit fides ꝙ filius ſemper generatur: ⁊ ex hoc tūc
nō ſequitur ꝙ nūq̄ꝫ generatio eiꝰ perficiat̃: ſed ꝙ rō
exiſtētie filij a patre cōtinue demōſtret̃ in patre ⁊ fi-
lio: qualit̃ autē ſplēdor cōtinue generat̃ a luce ꝓbat
Augꝰ i vj. ſuꝑ Gen̄. ſic Qđ illuminatū eſt / nō illumi
natur ampliꝰ: ſed aer cōtinue illuminat̃ a ſole p̄ſen-
te ſole: ergo nūq̄ꝫ pōt dici ꝙ illuminatꝰ ſit: ⁊ in talib;
ſimul ſunt illuminari ⁊ illuminatū eſſe: ſed tñ vſus
habet ꝙ illuminari dicit̃: qꝛ nūc primo recipit lumē
illuminatꝰ aūt qñ iā recepit.

## Qđ filius ſemꝑ generatur cōfirmatur ex dictis Hylarij.

Hylarius quoq̄ꝫ dicit filiū naſci ex patre i li.
vij. de trini. his verbis: Uiuēs deus ⁊ natu
re eterne viuētis poteſtas eſt: ⁊ qđ cū ſacra-
mēto ſciētie ſue ex eo naſcit̃: nō potuit aliud Joh. 6.
eē q̄ꝫ viuēs. Nā cū ait: Sicut miſit me viuēs
pater: ⁊ ego viuo propter patrē: docuit vitā
in ſe per viuētē patrē ineſſe. Ecce hic habes
qꝛ filius naſcitur ex patre. Itē in eodē: cum
dicit chriſtus: Sicut pater habet vitā i ſe: ſic Joh. 5.
⁊ filio dedit vitā habere in ſemetipſo: oīa
viua ſua ex viuēte teſtatus eſt. Qđ aūt ex vi a
uo viuū natū eſt habet natiuitatis perfectū
ſine nouitate nature. Nō em̄ nouū eſt qđ ex
viuo generat̃ in viuū: quia nec ex nihilo eſt:
⁊ vita q̄ natiuitatē ſumit ex vita: neceſſe eſt
per nature vnitatē ⁊ perfecte natiuitatis ſa-
cramentū: vt ⁊ in viuēte viuat: ⁊ in ſe habe-
at vitā viuentē. Ecce ⁊ hic habes quia gene
ratur ex viuo viuens filius. Itē in eodē: In
deo totū qđ eſt viuit: deꝰ em̄ vita eſt: ⁊ ex vi-
ta nō poteſt quicq̄ꝫ eſſe niſi viuū: neq̄ꝫ ex de- b
riuatione: ſed ex virtute natiuitatis eſt. Ac
ſi dū totū quod eſt viuit: ⁊ dū totū qđ ex eo
eſt naſcitur virtus eſt: habet natiuitatē filiꝰ:
nō demutationē. Et hic dicit quia naſcitur.

Itē in .ix. lib. de trini. Donat pater filio tan
c tū eſſe quantū eſt ipe: cui innaſcibilitatis eē
imaginē ſacramēto natiuitatis ipartit: queʒ
ex ſe i ſua forma generat. Hic dicit: quia ge=
nerat pater filiū.

## Breuiter docet quid de hoc cō=cedendum ſit.

Dicamus ergo filiū natū de patre ante tēpora: ⁊ ſemp naſci de patre: ſed cōgruēti⁹ ſemp natū ⁊ eundē fateamur ab eterno eſſe ⁊ patri coeternū .i. auctori. Pater em̄ generatione auctor filij eſt: vt in ſequēti oſtēdeꝛ. Ut ergo pater eſt etern⁹: ita ⁊ filius etern⁹ eſt: ſʒ pater ſine auctore: fili⁹ vero nō: qꝛ pater innaſcibilis: filius natus. Et vt ait Hylari⁹ in vij. li. de trini. Aliud eſt ſine auctore ſemp eſſe eternū: aliud patri .i. auctori eſſe coeternū. Ubi aūt pater auctor eſt: ibi ⁊ natiuitas eſt. quia ſicut natiuitas ab auctore eſt: ita et ab eterno auctore eterna eſt natiuitas. Omne autē qꝺ ſemp eſt etiā eternū eſt: ſʒ tamen nō oē qꝺ eternū eſt: etiā innatū eſt: qꝛ qꝺ ab eterno naſciꝛ habet eternū eſſe qꝺ natū eſt. Qꝺ aūt nō natū eſt id cū eternitate nō natū eſt: qꝺ vero ex eterno natū ē: id ſi nō eternū natū eſt iā nō erit ⁊ pater auctor eternus. Si quid ergo ei q̇ ab eterno patre nat⁹ ē ex eternitate defuerit: idipʒ nō ē auctori ambiguū defuiſſe: qꝛ ſi gignēti eſt infinitū gignere: et naſcēti etiā infinitū naſci eſt. Mediū em̄ q̇d inter natiuitatē dei filij ⁊ generatiōeʒ dei patris nec ſenſus admittit: qꝛ ⁊ in generatione natiuitas eſt: ⁊ i natiuitate gn̄atio ē: q̇a ſine vtroqʒ neutrū ē: vtrūqʒ ꝫ ſine intuallo ſui ē.

## Argumentatio heretici.

Sed inquiet hereticus: Om̄e qꝺ natū eſt nō ſemper fuit: qꝛ in id natū eſt vt eſſet. Nemo ambigit quin ea que in rebus humanis nata ſunt aliqn̄ nō fuerint. Sed aliud eſt ex eo naſci qꝺ ſemper nō fuit: aliud eſt ex eo natū eē qꝺ ſemp eſt. Ibi nec ſemp fuit qui pater eſt: nec ſemp pater eſt: ⁊ q̇ nō ſemp pater eſt: non ſemper genuit: vbi aūt ſemp pater eſt: ſemp fili⁹ eſt. Qꝺ ſi ſemp deo patri ꝓpriū eſt ꝙ ſemper eſt pater: neceſſe eſt filio ſemp ꝓpriū eſſe ꝙ ſemp eſt filius. Quō ergo cadet in intelligentiā noſtrā vt non fuerit ſemp cui propriū eſt ſemp eſſe qꝺ natū eſt. Natū ergo vnigenitū deū cōfitemur: ſed natū ante tēpora: nec ante eſſe q̄ʒ natū: nec ante natū q̄ʒ eſſe: qꝛ naſci qꝺ erat iā nō naſci eſt: ſed ſeipm̄ demutare naſcēdo. Hoc aūt humanū ſenſum ⁊ intelligētiā excedit mūdi. Nō h̾ capit rō hūane intelligētie: ſed prudētie fidelis ꝓfeſſio eſt.

### An viuū tm̄ naſcatur ex viuo. — Arti. XXII x

Einde queriꝛ de hoc qꝺ dicit Hylari⁹ [Qꝺ
d aūt ex viuo natū eſt habet natiuitatis ꝑfectū ⁊c.] .ſ. a. Hoc em̄ videꝛ falſum: qꝛ puer naſciꝛ de viuo: ⁊ tn̄ nō habet natiuitatis ꝑfectū: naſciꝛ em̄ de patre ⁊ matre viuētibꝫ. Ad hoc dicēdū ꝙ nihil naſciꝛ ex oīno viuo niſi qꝺ naſciꝛ ex vita ipa prima: ⁊ ideo ſolus fili⁹ naſciꝛ ex viuo. Et hoc ꝓbaꝛ ſic. Solo
In generatiōe ſimpliciū mineraliū nihil eſt viuū: qꝛ illa nō viuūt: ſicut ſi luminoſum ꝓferat lucē vel elemētū ſpēm ſuā vel ex cōmixtiōe elemētorū fiāt lapides vl' metalla. In generatōe aūt viuoꝝ duplex modus eſt: ſcʒ ex generāte viuo / ⁊ ex mortuo: ſicut i his que ex putrefactis naſcunꝛ quoꝝ modū generatōis ſupra tetigim⁹: ⁊ in illis patet ꝙ nō eſt generatio ex viuo. Ex viuo autē generāte / neqʒ in plātis / neqʒ in aīalibus / neqʒ in hoībus fit generatio niſi ex ſemīe / qꝺ nō viuit actu aīe: ⁊ illa ex quo vt eſſentialiter i nato remanēte non fit generatio ex viuo: ſed in diuinis ſi ꝑpoſitio notat idēptitatē eſſentie: qꝛ nihil niſi viuū eſt in patre: fit generatio ex ipſa vita ⁊ viuo: ⁊ hoc attendit Hylari⁹ quādo dicit ꝙ nō pōt eſſe niſi viuū / qꝺ eſt ex viuo natū. Un̄ Joh. 6. Sicut habet paꝛ vitā in ſemetipſo: ſic dedit ⁊ filio vitā h̄re in ſemetipſo.

### An veri⁹ ſit qꝺ dicit magiſter: neqʒ ex deriuatiōe: ſed ex virtute. — Arti. XXIII y

Einde queriꝛ de hoc qꝺ dicit [Neqʒ ex deri=
d uatiōe: ſed ex virtute ⁊c] .ſ. b. Videꝛ ꝙ deriuenꝛ i filiū q̄ ſunt in patre: qꝛ generatio q̄dā deriuatio eſt. ꝑ Dyon. ⁊ Anſel. cōparāt prēm fonti ⁊ filiū ⁊ ſpiritūſanctū riuis. Solo dicēdū ꝙ nō eſt deriuatio in gn̄atōe ꝓprie niſi q̄ qn̄qʒ eſt in fieri. hec aūt nō cōpetit diuine generatiōi: ⁊ hoc vocat Hyla. eſſe ex virtute: qꝛ quicq̄d eſt in fieri eſt in potētia infirmitatis. Dyon. autē ⁊ Anſel. dicūt in patre eſt fontana deitas ꝓpter virtutes generatiuā ⁊ ꝓceſſiuā: nō tn̄ oportet ꝙ oīa que ſunt in fonte ⁊ riuis ad diuinā generationē vel ꝓceſſionē transferanꝛ: qꝛ in ſimbolicis nō attēdunꝛ oīa: ſed tm̄ ea q̄ nobilitatē ꝑdicāt: vnde de riuo nō transferꝛ plus ad filiū q̄ʒ ꝙ ex alio eſt: ſicut riuus a fonte eſt. Solo ad totū

### Quō intelligaꝛ quādo dicit: Cui inaſcibilitatis eſſe imaginem. — Arti. XXIIII.

Einde queriꝛ de hoc qꝺ dic̄ [Cui innaſcibili
d tatis eſſe imaginē ⁊c] .ſ. c. Hoc em̄ falſum videꝛ: qꝛ imago eſt: ſicut habebiꝛ infra .xxix. di. rei ad rem coeq̄ndā imaginata ⁊ indiſcreta ſilitudo: fili⁹ aūt a patre nō eſt indiſcret⁹ quantū ad inaſcibilitatē: q̇n poti⁹ paꝛ eſt inaſcibil' / ⁊ fili⁹ naſcibil'. Solo dōm ꝙ abſtractū reduci habet ad cōcretū: ⁊ eſt ſenſus innaſcibilitat̄ ⁊c. i. ſui inaſcibilis dat ei eſſe imaginē. Alia que dicūtur vſqʒ ad finē iſtius diſtinctiōis ꝑ an̄ dicta de facili patēt. Solo

## Hic de ſpūſancto agitur: et pri⁹ ꝙ ſit amor patris et filij diciꝛ.

Di. X. de eterna ꝓceſſiōe ſpūſcti q̄ntū ad ꝑſonā q̄ ꝓcedit

H Hnc poſt filij eternitatē de ſpūſancto quātū deo donante videre cōcediꝛ diſſeram⁹.

Spiritusſanctus amor eſt ſiue charitas: ſiue dilectio patris et filij. Unde Auguſt. in. xv. lib. de tri. ait: Spūſſanctus nec patris eſt ſolius: nec filij eſt ſolius: ſz amborū: et ideo cōmunē qua inuicem ſe diligūt pater et fili⁹ nobis inſinuat charitatem.

A Hunc vo poſt filij eternitatē rc]. Hic incipit ps illa que eſt de pceſſiōe ſpūſſancti et diuidit in duas partes: in quaꝝ pria agit de pceſſiōe eius eterna. In ſecunda autē agit de pceſſione eius tēporali que incipit in. xiiij. diſtinctione ibi [P diligēter annotādū eſt ꝙ gemina eſt proceſſio rc]. Prima diuidit vlterius in tres. In quaꝝ prima agit de mō pceſſionis ei⁹ in noīe. In ſecūda de pceſſiōe eius in cōparatiōe ad terminū a quo: que incipit in. xj. di. ibi [Hic dicēdū eſt ſpiritūſctm̄ eē a patre et filio. In tertia de differētia proceſſiōis ſpūſſancti et generatiōis filij q incipit in. xiij. diſt. ibi [Poſt hec cōſiderādū eſt quātū a talib: quales nos rc]. Prima harū partiū cōtinetur tota in hac di. que diuidit in tres partes: qrū prima continet qualit ſpirituiſctō attribuit ꝙ ſit charitas vel amor. Secūda cōtinet ꝙ vt amor procedit a patre et filio que incipit ibi [Nūc vero qd icepimus oſtēdere. In tertia aſſignat ratio hui⁹ noīs ꝙ ipſe dicit ſpūſſanctus ꝓprio nomie ibi [Hic notādū eſt ꝙ ſicut ſpūſſctūs in trinitate dicit rc. In pria haꝝ cōtinet qnqꝫ quoꝝ primū habet ꝙ ſic ſpūſſctūs eſt pr̄is et filij cōitertita inſinuat amor vtriuſqꝫ. Secūda habet ꝓbatiōnē hui⁹ p canonicā Jobis ibi [Johānes autē in ep̄la] Tertia ꝓbatiōnē hꝫ ꝙ charitas in diuinis dicit eēntialit et pſonalit ibi [Neſcio cur ſapiētia et pr̄] Quarta hꝫ ꝓbatōꝫ p exēplū ibi [Plurib eni exēplis. Quīta hꝫ ꝓbatōꝫ ꝙ ſpūſſctūs ē charitas de qua dic Johes ꝙ de⁹ ex deo eſt ibi [Spūs aūt ſctūs vbi ſit dict⁹ charitas inuenim⁹ rc. Ex his patet ſentētia lr̄e per totā diſtinctionē.

Arti. I. Quō differāt noīa que attribuūtur ſpūiſancto amor dilectio charitas.

i Incidit aūt qſtio. Prio de hoc qd dicit. Spiritusſctūs amor ē/ſiue dilectio/ſiue charitas rc. Et qrunt duo: quoꝝ primū eſt de dr̄a horū noīm q tāgit. Et ſecūdo vtrū ſpūſſctūs vt amor ꝓcedat: videt autē nō eſſe dr̄a: qr Aug⁹ dicit ſup illud

Qd nō differāt prio. Jobs. 21. Symō Jobis diligis me: et ſubiūgit i fine dicēs: Amas me ꝙ amor et dilectio ſunt idē: ergo vi-

2o detur ꝙ nō drāt. Itē dyon. in li. de di. no. ca. iiij. mihi videt theologi cōe qdē ducere dilectiōis et amoris nomē. Itē ibidē rephēdit dyon. diſtiguētes int dilectionē et amorē dicēs ꝙ faciūt vim i leuib ſonis qn̄ nos nō poſſim⁹ quāt vnū per his duo/ et primam p natale ſolū ſignificaret: ḡ videt ꝙ amor et dilectio et

Qd drāt primo charitas ſint idē. Sed cōtra Iſid. dicit amorē eē rōnaliū et irrōnaliū/ dilectionē aūt rōnaliū tm̄: ḡ vi-

2o det ꝙ nō ſint idē. Itē nos dicim⁹ nos multa amare q nō amam⁹ ex charitate: ḡ amor et charitas non

3o ſunt idē. Itē etiā in turpi amore hn̄ vſitam⁹ nomē amoris: ſed nō nomē charitatis: ḡ iſta nō ſunt idē ſimilit nec ponim⁹ ordinē in his q ex charitate diligimus: in dilectiōe aūt p̄la ſunt: qr diligim⁹ cibū/potū/ et hmōi: nō tn̄ charitatē habem⁹ ad illa: ḡ videt

Sol'o pulc in his eē dr̄a. Sol'o dōm ꝙ amor et dilectio et charitas in gratuitis donis noīant idē ſm diuerſas tn̄ cōſideratiōes: tn̄ in ſe cōſiderata ſe hn̄t ſicut ſuperius et inferius: ſi enim iſta ponāt circa gratuitū amorē tm̄ tūc noīant eundē habitū ſm diuerſam cōſideratione

Amor dilectio: charitas dīnt. ſui actus. Amor em̄ dicit adheſionē affect⁹ ipi bono qd amat. Dilectio aūt dicit eūdē affectū ſm ꝙ eſt ex electiōe rōne pelligētis illud de bonis alijs q amāt ſicut dicit in cāticis: Dilect⁹ me⁹ elect⁹ ex milib: ſed charitas noīat eūdē affectū ſm ꝙ ſub ineſtimabili p̄cio ponit amatū: chaꝝ em̄ dicit qd magni precij eſtimatur: ſicut habet in cant. 8. Si dederit hō omnē ſubam dom⁹ ſue ad mercādā dilectionē tāqꝫ nihilū deſpiciet illā. Si aūt iſta tria nō circa gratuitū amorem cōſiderent: ſed in ſe tūc differūt: ſicut gen⁹ et ſpecies. Oīs em̄ dilectio eſt amor: ſed nō ꝯuertit: et oīs charitas eſt dilectio et amor: ſed nō cōuertit: qr tūc amor eſt in ſenſibilit amatis et rōabilit: ſed dilectio eſt in rōabilit amat; tm̄: charitas aūt i ḡtuitis tm̄.

Ad hoc aūt qd prio obijcitur dōm ꝙ qōnis ibi ter qſiuit vt acciperet cōfeſſionē Petri nō de amore ſz de amoris circūſtātijs ſm beatū Bern. q ſunt diligere dulcit qd eſt amoris inquātū eſt amor/ et diligere ſapiēt qd ē dilectōis inqntū ē dilectio diligere. feruēt qd eſt charitatis inquātū eſt charitas: et nō intendit ibi dicere Aug⁹ ꝙ iſta nō differāt rōe: ſz ꝙ nō drant re. Ad primū.

Ad id qd obijcit de Dyon. dōm ꝙ Dyon. non rephēdit diſtinguētes in rōe noim: ſz poti⁹ loquit ꝯ quoſdā q dixerūt ꝙ amor nō acciperet in bona ſignificatiōe: et iō nō deberet poni in diuis ꝯ quos adducit etiā illud ſapiētie. 8. Amator fact⁹ ſum forme illius et illud qd dixit diuin⁹ Ignati⁹ martyr de dn̄o ieſu xpo: Me⁹ amor crucifix⁹ eſt: vn̄ idē noiat amor ꝙ dilectio licet ſub alia noīs ratiōe. Ad ſecūdū.

Utrū ſpūſſctūs ꝓcedit vt amor et vtrū charitas in hoie et angelo ſit habit⁹ volūtatis. Arti. II.

B

s Ecūdo qrit vtꝝ ſpūſſctūs ꝓcedat vt amor. Et videt mltiplici rōe ꝙ nō. Primo ſic: noē nomē qd nō noīat vt diſtictū ens: ſed vt i alio nō cōuenit pſone p ſe exn̄ti: amor autē id qd noīat dicit vt in aliq exiſtere: ḡ nō cōpetit pſone p ſe exn̄te pfecte: ſpūſſctūs eſt pſona p ſe pfecta: ḡ nō cōpetit ei ꝓcedere vt amor. Primo.

Itē amor eſt ei⁹ in quo requieſcit affectus: ḡ accipit ſemp vt in aliud ꝓcedēs: ſpūs aūt ſanctus nō ꝓcedit in aliud: imo ipſe ꝓcedēs manet in ſe ipſo diſtinct⁹: ḡ nō ꝓcedit vt amor. 2o

Itē pſone dīne ypoſtaſes ſunt pfecte ſic filius et pr̄: nullus aūt amor ſm rōnē amoris dicit ypoſtaſim: ſz habitū et accidēs ypoſtaſis: ḡ ſpūſctūs non ꝓcedit vt amor. 3o

Itē tm̄ amatur ſpiritus a patre ſicut filius: ergo amor medius eſt nexus pr̄is et ſpūſſcti: ſi ḡ ſpūſſctūs eſt amor erit amor amoris qd in nullo eſt: qr ſic iret in infinitū: ergo ſpūſſctūs nō ꝓcedit vt amor. 4o

Si forte dicas ꝙ amor dicat diſtinctū ab amāte: et iō illa diſtinctio pſonalitatē facit et perſonā. Cōtra/ eēntia diuia eſt eius amor quo de⁹ amat et ſe et alia: et tamē cū dicat diſtinctionē ſm nomē nō diſtinguit eſſentia a patre: ergo talis diſtinctio nō ſufficit ad faciēdū pſonā. Obiectio 5o

Preterea pater nomiat ſubſtātiā diſtinctā et ſimiliter fili⁹ et ḡnatio dic actū nature in cōicatiōe nate a pr̄e i filiū: amor aūt nec dic ſubam ſm nomē nec dicit rōnē ꝓceſſiōis ſuba. ergo videt ad diſtinctionē pſonalē nō pertinere. cōfirmatio

P cū in natura intellectuali ſint alie potētie/ et alij habitus qꝫ voluntas et amor 6o

videꝛ ꝙ ꝓceſſio cuiuſlibet potentie in habitū vl' actū
deberet facere ꝑſonalē diſtinctionē/ſicut potentia q̄
eſt ad arduū q̄ iraſcibil' vocaꝛ ⁊ diuidiꝛ cōtra cōcupi
7o ſcibilē cuiꝰ habitꝰ amor attribuiꝛ ſpūiſctō. Itē app̄
henſio boni eſt añ amorē boni: ⁊ ita videꝛ ſm natu-
rā prius in deo ꝓcedere boni app̄henſio q̄ȝ amor: et
Sol'o ita magis illa proceſſio debet cauſare ꝑſonā q̄ȝ iſta.
8o Si forte dicas ꝙ app̄henſio boni ꝑtinet ad filium
eo ꝙ ipſe eſt ars ⁊ ratio patris. Contra/filio aſcribi
tur veritas: ergo boni app̄henſio cum ſm rōnē dif-
9o ferat/ſicut intellectꝰ ſpeculatiuus ⁊ practicꝰ/ videꝛ
ad alteriꝰ ꝑſone diſtinctionē ꝑtinere. Item cū mul
ti ſint motꝰ ⁊ paſſiones conupiſcibilis/ſicut cōcupi-
10 ſcere/deſiderare/velle/quare penes actꝰ iſtos vl' ha
bitus nō accipiꝛ aliqua ꝑſona diſtincta. P̄. in men
te amor ꝓcedit a mente vt actꝰ nō vt potentia diſti-
In oppoſi- cta: ergo videꝛ ꝙ nulla in diuinis ꝑſona penes hāc
tū ⁊ ꝑ vita- ꝓceſſionē diſtingui debeat. Si forte ꝓpter hoc di-
te rōes p̄a caꝛ ꝙ ſpūſſanctꝰ nō ꝓcedit vt amor. cōtra/q̇dā ph̄s
dicit ꝙ ſube ſeparate ſpūales diuiduntꝛ ꝑ potentiaȝ
intellectꝰ ⁊ voluntatis ⁊ nō plus: g̈ ſicut in deo ha-
Scd̄a bemꝰ vnā ꝓceſſionē ꝑſonalē ex ꝑte itellectꝰ: ita vnā
debemꝰ habere ex parte affectus: illa aūt nō eſt niſi
amoris: ergo amor notabit in diuinis ꝑſonalem di
Tertia. ſtinctionē. Itē homines bene viuentes nō ꝯcordāt
in natura tm̄/ſȝ potius q̄runt cōſenſum amicicie: q̄r
dicit ph̄s ꝙ amicicia ē beatitudo: aut nō ſine beati-
tudine: g̈ pater ⁊ filiꝰ cū nō in paucioribꝫ cōueniant
q̄ȝ nos cōueniūt etiā in cōſenſu amicicie: amicicia au
tem ſemꝑ ſpirat amorē: ergo ſpiratꝰ ip̄e ſic amor eſt/
Quarta ⁊ ꝓcedit vt amor. Item Hylariꝰ in libro de ſyno-
dis: Qd̄ ſcriptū eſt vt ſint q̇dā ꝑ ſubſtantiā tria: ꝑ cō
ſonantiā v̄o vnū nō habet calumniā: q̄r cognoīato
ſpū. i. paraclito cōſonātie potiꝰ q̄ȝ eēntie ꝑ ſil'itudinē
eſſentie p̄dicare ꝯuenit vnitatē: ex hoc accipiꝛ ꝙ paꝛ
⁊ filiꝰ nō tm̄ cōueniunt in ſil'itudine ſiue identitate
eſſentie/ſed etiā in cōſonantia amoris: cum ergo ille
amor in deo exiſtens nō poſſit eſſe niſi deus erit illa
Quinta cōſonantia ſpūſſanctꝰ. Itē cū mens nr̄a amat ſe ita
eſt aliq̇d in ipſa amor ſui/ſicut noticia ſui/ſed noticie
in diuinis reſpondet ꝑſona filij: g̈ amori reſpōdebiꝛ
Solutio. alia ꝑſona/⁊ illā vocamꝰ ꝑſonā ſpūſſancti. Solu-
tio dicimꝰ ꝙ ſpūſſanctꝰ ꝓcedit a p̄re ⁊ filio vt amor
quo ſeinuicē diligūt: ⁊ hoc precipue cogit iſta ratio
quia abſurdū eſt ponere ꝙ pater ⁊ filiꝰ in nullo con
ueniant inquantū diſtincti ſunt: in eſſentia aūt con
ueniūt inq̄ntum vnū ſunt: ſed nos videmꝰ ꝙ in om
ni natura rōnali ⁊ nō rōnali om̄es delicie ⁊ iocun-
ditates quas poſſunt habere in vita inquantū ſunt
differentes ꝑſone fundanꝛ omnes ſuꝑ mutuū amo-
rem: ꝓpter qd̄ etiā q̇dam ph̄i/p̄ncipia oīs nature po-
nebāt litē ⁊ amiciciā tanq̄ȝ alterū natura ab ip̄o vni
uerſitatis p̄ncipio vt diuinū quoddā acciperet: ſci-
licet amiciciā qd̄ cōgregat ⁊ vnit: alterū aūt haberet
ſcȝ litē ex ip̄a priuatiōe materie ſibi cōcretū: vñ p̄r et
filiꝰ in eo ꝙ ꝑſone diſtincte ſunt cōueniūt in h̄ amo-
re q̇ ꝓcedit ab ip̄is q̊ ſeinuicē amant: ⁊ ille eſt ſpūſſan
Ad p̄mū ctus. Ad id g̈ qd̄ primo obijciꝛ dōm ꝙ amor dupl'r
cōſiderari pōt. ſ. ſm id qd̄ noīat/⁊ ſic non noīat ypo
ſtaſim cōpletā/ſicut nec verbū: verbū em̄ nr̄i intelle
ctus noticia eſt q̄ accidētalis eſt intellectui. Alio mō
cōſideraꝛ ſm ꝓportionē ad naturā in qua eſt. ſ. diui-
nā vel humanā: ⁊ ſm hoc erit ꝑfectꝰ vel imꝑfectus/
ſicut ⁊ verbū: vñ cum in natura diuina nihil ſit imꝑ

fectū opꝫ ſpm̄ a ꝑſonis vt ꝑſone ſunt ꝓcedentē eſſe
ꝑfectā in ſubſtātia ꝑſonā. Ad aliud dicendū ꝙ ſpūſ- Ad 2m
ſctūs ꝓcedit vt in aliud ⁊ manet in ſeipſo diſtinctus
hec em̄ nō ſunt oppoſita: inquantū em̄ referꝛ ad pa-
trē ⁊ filiū vt ad vnū principiū ſui ſic manet in ſe diſti
ctus ab vtroq̄ȝ ꝑ relatiuā oppoſitionē/ſed inquantū
in rōne amoris ꝑſonalis ꝓcedit nihil ꝓhibet ꝙ a pa
tre ꝓcedat in filiū ⁊ econuerſo a filio in patrē p̄cipue
cum hec ſit vera/pater ⁊ filiꝰ diligūt ſe ſpūſancto: ⁊
pater diligit filiū ſpūſctō: ⁊ filius diligit patrē ſpiri
tuſancto: in quibꝫ om̄ibꝫ accipiꝛ qd̄ ꝓceſſionis eſt/ ⁊
qd̄ amoris q̇ ſpecificat modū ꝓcedendi: et ſi accipiꝛ
ꝓceſſio in ſe nō cauſabit niſi diſtinctionē ꝓcedentis
ab his a quibꝫ ꝓcedit. Si accipiꝛ modꝰ quo ſpecifi-
caꝛ ſic cauſaꝛ nexꝰ patris ⁊ filij in vinculo amoris q̇
eſt ſpirituſſanctꝰ. Ad aliud dicēdū ꝙ hec eſt falſa: Ad 3m
nullus amor ſm rōnem amoris ⁊c̄. q̄r amor ꝑſona-
rū diuinarū cui non cōuenit niſi ꝑfectio ſubſtātie et
nō accñs eſt amor ꝑfectus in ypoſtaſi. Ad aliud di- Ad 4m
cendū ꝙ ſpūſſanctus amaꝛ a patre ⁊ filio dilectione
eēntiali ⁊ nō amore q̇ diſtinguaꝛ a ſpūſctō: ⁊ hoc ꝑꝫ
in ſil'i: q̄r ſiue attendamꝰ in imagine ſiue in diſtinctꝭ
hoibꝫ nūq̄ȝ amor cauſat aliū amorē q̊ diligaꝛ ille. in
imagine q̇dē q̄r bñ videmꝰ ꝙ a noſcēte ⁊ noticia cau
ſaꝛ amor eiꝰ qd̄ notū eſt/ſȝ vlterior amor nō cauſaꝛ/
ſȝ ip̄e amor diligiꝛ eodē amore. Sil'r inter hoies di-
uerſos cōſenſus cauſat amorē q̊ cōſpirāt ⁊ cōcordāt
hoies: ſȝ non ab h̄ amore cauſaꝛ alter q̊ diligaꝛ ille. Obiectio
Si dicas ꝙ nō eſt ſil'e: q̄r amor in inferioribꝫ nō eſt Sol'o
ꝑſona diſtincta amabil'/ ſm hoc facilꝰ habeo ꝓpoſi
tū ꝙ nō eſt alter amor: ꝑſona em̄ illa in nullo diſtin-
guiꝛ ab alijs ꝑſonis niſi in oppōne relatiua ille ſcd̄s
amor aut diſtinguiꝛ oppōne relatiua a p̄mo aut nō/
ſi ſic: g̈ ſpēali ꝓprietate drn̄t ab eo: g̈ ſic p̄r ⁊ filiꝰ inq̄ȝ
tū ſūt vnū p̄ncipiū ſpūſſcti nō dicunꝛ amor ꝑſonal':
ita ille amor ſcd̄s nō dȝ dici amor ſȝ ab alia ꝓprieta-
te oppoſita denoīari/ſic fit in p̄re ⁊ filio qd̄ falſū eſt.
Si aūt nō differt habeo ꝓpoſitū qd̄ eſt idē iſti ⁊ non
ſunt duo ſȝ vnꝰ amor. Ad aliud dōm ꝙ eēntia di- Ad 5m
uina eſt amor patris ⁊ filij ſȝ aliter q̄ȝ amor ꝑſonalis
ſicut em̄ diximꝰ ponere patri ⁊ filio cōuenīētiam in
eēntia tm̄ h̄ eſt parū/q̇nimmo ſi ponamꝰ ꝑ impoſſi-
bile p̄rem ⁊ filiū nō eſſe vnū deū ſed duos ⁊ ꝑfectos
ſicut ſunt/adhuc cōuenient in amore q̇ ꝓcedit ab eis
etiā diſtinctꝭ ⁊ inquantū ꝑſone ſunt: ⁊ ille amor q̇ ſic
ꝓcedit ab eis diſtinctꝭ nō vñ vnū ſunt in eēntia pſo-
nalis ⁊ notionalis eſt/vñ ꝙ eēntia amor eſt ⁊ dr̄ hoc
nō eſt p̄ris ⁊ filij inquantū ſunt ꝑſone diſtincte: ſȝ po
tius inq̄ntū vnꝰ deus: ⁊ iō nō eſt eorū vt ab ipſis ſed
potius eſt eorū vt ipſe eſt: ideo nō eſt diſtinctus ille/
ſed perſonalis qui eſt eorū/nō vnde ſunt vnus deꝰ
ſed inquantū ꝑſone ſunt ꝯſpirantes ille ē eorum vt
ab ipſis: ⁊ ideo diſtinguiꝛ ille ab vtroq̄ȝ. Ad aliud Ad 6m
dicendū ꝙ natura ſpiritualis mltiplex eſt: q̇dā em̄
eſt q̄ referꝛ ad corpus multaꝝ ⁊ diſſimiliū partiū ſi-
cut anima rōalis ad corpꝰ organicū: ⁊ illa hȝ varie-
tatē ꝑtiū multaꝝ ſm ꝓportōnē ad ꝑtes corporis q̄s
ſuis ꝑtibꝫ ꝑficit ⁊ mouet: q̇dam v̄o nō habet relatio
nē talē ad corpꝰ: ⁊ iō non oportet ꝙ habeat ꝑtes hu-
iuſmodi: vñ dicit cōmentator ſuꝑ metaphiſicā ꝙ in
ſubſtātijs ſeparatꝭ nō manifeſtanꝛ potētie niſi itellectꝰ
⁊ volūtatꝭ: ⁊ q̇cq̇d ſit de hoc ſiue veꝝ ſit dictū ſiue nō
dōm ꝙ ille ſube nō habēt multas illarū potentiarū
q̄ ſunt anie in corꝑe/ ⁊ p̄cipue vegetabilis/ ⁊ etiam

quaſdā ſenſibilis aīe nō habēt/licet em̄ cognoſcant
ſenſibilia ꝑticularia: ⁊ ſic dicant̄ habere ſenſum erit
ſenſus eq̄uoce dictꝰ ad nr̄m ſenſum/eo ꝙ nr̄a ſenſibi
lis cognitio nō ſit in actu niſi variata ab ip̄oꝝ ſenſi-
biliū immutatiōe qđ abſurdū eſſet in talibꝫ ſubſtan
tijs ponere: ſil'r aūt in deo ſm̄ hoc nō erit ponere ſm̄
naturā ꝟtutes niſi intellectꝰ ⁊ volūtatꝭ: q2 amplio-
ris potētie erūt in eo q̃ȝ in nobis; q2 intellectꝰ erit re-
ſpectu ſenſibiliū ⁊ vl'iū: ⁊ volūtas reſpectu oīm bo-
noꝝ: ⁊ ita nō opꝫ ꝙ penes potētias pl'es ſint plu-
res ꝑſone ꝓcedentes. De habitibꝫ aūt qđ q̄rit etiam
illa obiectio dōm ꝙ ſm̄ rōnē multi ſunt habitꝰ rō-
nalis ſube ſȝ nullꝰ eſt intimi affectꝰ demōſtratiuꝰ ni
ſi charitas: om̄es em̄ alij aut imꝑfecti ſūt aut ad ali
q̇d extra ⁊ nō ad id qđ eſt in eadē natura: amoꝛ autē
p̄cipue eſt intimꝰ ⁊ in id qđ ꝑtinet ad nature eiuſdeȝ
ſocietatē ⁊ vnionē: ⁊ iō penes ip̄m accipit̄ ꝓceſſio ꝑ-
ſone ⁊ nō penes alios habitꝰ. Eadē aūt obiectio po
nit q̄ōnem de iraſcibili ꝙ ſcȝ penes ip̄am debet acci-
pi ꝑſona ſicut penes cōcupiſcibilē: ⁊ hāc obiectionē
faciūt q̇dā ſupponētes ꝙ in natura anīe rōnalis vt
rōnalis eſt/ ⁊ in natura angeli/ ⁊ in natura diuina
ſm̄ rōnē debeant eſſe ꝯcupiſcibil' ⁊ iraſcibilis: ⁊ hoc
a nullo auctoꝛe habet̄ oīno niſi ab eo libꝛo q̇ falſo in
ſcribit̄ Auguº q̇ dꝛ de ſpū ⁊ anīa. Phs em̄ in fine ꝓ
mi ethicoꝝ/Dam̄. Gregoꝰ/nixenꝰ ⁊ auicēna/dicūt
ꝯtrariū: ſil'r glo. ſuꝑ pꝛincipiū Ezechiel' q̇ recitat ſen
tentiā Platonis ꝙ ꝯcupiſcibilē poſuit in epate: ira
ſcibilē aūt in felle: ⁊ ratio huiꝰ eſt: q2 ille potentie ſūt
denominate a paſſionibꝫ que ſunt ira ⁊ cōcupiſcētia
omnibꝫ aūt (etiā qui parū nouerūt) patet hoc ꝙ paſ-
ſiones nō ſunt rōnalis nature ſed ſunt inferentes vl'
illate in ſenſu: vñ plane poſſumus dicere ꝙ queſtio
falſum ſupponit: ſcȝ in natura oīno ſpūali eſſe cōcu-
piſcibilē ⁊ iraſcibilē in q̄ ꝓpꝛie eſt voluntas: q2 ſic di
cit phs: In rōnali voluntas fit in irrōali deſideriū
Queſtio ⁊ animꝰ. Si aūt ſm̄ hoc q̄rat̄: cuiꝰ ḡ vis eſt chari-
Sol'o tas q̄ in deo ⁊ in angelo ponit̄: dōm ꝙ volūtatis ſi
obiectio. obijciat ꝙ etiā amoꝛ noīat paſſionē: ⁊ ita eſt alicuiꝰ
Sol'o. ꝑtis ſenſibilis aīe: ⁊ nō dei vel angeli dōm ꝙ nō eſt
verū generalit̄/ſȝ ꝑ coꝛpoꝛalē actū: ⁊ habens cōtra-
riū veꝝ eſt ꝙ noīat paſſionē ſȝ nō amoꝛ q̇ dic̄ affectū
volūtatꝭ rōnal'. Si aūt nō fiat ī h̄ vis ſȝ volumꝰ ꝯce
dere duplicē iraſcibilē ⁊ duplicē ꝯcupiſcibilē. ſ. hūa
nā ⁊ ſenſibilē/tūc dicimꝰ ꝙ nō ē ſil'e de hitu iraſcibil'
et cōcupiſcibil': q2 iraſcibilis eſt reſpectu eiꝰ qđ eſt ex
tra qđ repelli hꝫ ꝑ victoꝛiā ſuꝑ ip̄m: cōcupiſcibil' au
tem eſt reſpectu eoꝛū que vnienda ſunt intꝰ ⁊ reſpe-
ctu vnientiū: ⁊ ideo penes habitū cōcupiſcibilis eſt
Ad 7m ꝓceſſio ꝑſone/ ⁊ nō penes habitū iraſcibilis. Ad ali
ud dōm ꝙ appꝛ̄henſio om̄is attribuit̄ filio/ ⁊ p̄cipue
appꝛ̄henſio boni: q2 illa ſpirare facit amoꝛē/ ⁊ eſt ope
ratiua vt ars operat̄: ſpeculatiua em̄ eſt in vniuerſa
li/ ⁊ nō eſt de rebꝫ niſi in potētia exiſtētibꝫ: lȝ aūt ſpe-
culatiuꝰ ⁊ pꝛacticꝰ differāt: nō tn̄ penes ſpeculatiuū
accipit̄ ꝟbum qđ eſt filiꝰ: q2 ꝟbū illud (vt dicit Au-
guſtinꝰ in. viij. de tri.) eſt noticia amata: ⁊ ideo eſt in
rōne optimi/ſȝ penes ſpeculatiuū ꝑ appꝛopꝛiatōnē
nō ita cōuenit accipe ꝑſonā duabꝫ de cauſis: quarū
vna eſt: q2 ip̄e eſt a re intꝰ ꝓcedens in ſpeculatione:
⁊ ideo oppoſitū modū hꝫ ad ꝓceſſionē ꝑſone de ꝑſo-
na/ſed pꝛacticꝰ eſt ꝓcedens de intelligente in opus
⁊ iō ille ſimilioꝛ eſt ꝓceſſioni ꝑſonaꝝ. Scđa cauſa ē
ꝙ ſpeculatiuꝰ nō eſt rei in ꝓpꝛia natura/ ſȝ potiꝰ in

rōne vniuerſali in q̄ res nō eſt niſi in potentia: ſȝ pꝛa
cticꝰ eſt de ꝓpꝛia natura rei: ⁊ iō iterū magis ꝯuenit
ꝑſonarū ꝓceſſioni q̄ ꝓpꝛiā naturā accipiūt a ꝑſona a
q̄ ꝓcedunt. Ad aliud dicendū ꝙ filio nō attribuit̄ Ad 8m
ſpeculatiuꝰ niſi attributiōe minꝰ ꝓpꝛia: q2 ydeal' in-
tellectꝰ in diuinis eſt oꝑatiuꝰ oīm rerū ydeatarū q̄
ꝓcedunt in opus: ⁊ ille ſm̄ Augum in lib. lxxxiij. q.
attribuit̄ filio. Ad aliud dōm ꝙ ſupponēdo ꝙ cha Ad 9m
ritas vel amoꝛ ſint ꝯcupiſcilis in natura ſpūali nul
lus alioꝝ actuū dicit cōpletā ⁊ intimā inclinationē
affectꝰ ad amatū: ⁊ hoc ſic ꝓbat̄/ velle dicit actū vo
lūtatis ꝑ ſe q̇ cōis eſt intimo ⁊ cōpleto/ ⁊ nō intimis
⁊ incōpletis: cetera aūt patēt ꝑ pſal. 118. vbi dic̄: Cō
cupiuit anīa mea deſiderare iuſtificatiōes tuas: vñ
ꝯcupiſcere minꝰ eſt q̃ȝ deſiderare: deſiderare aūt ad-
huc minꝰ q̃ȝ velle/ ⁊ velle minꝰ q̃ȝ amare ex charita-
te. Ad vltimū dōm ꝙ ſecꝰ eſt de imagine creata et Ad 10m.
deo: q2 imago in multis eſt diſſimilis p̄cipue in ſim-
plicitate nature ⁊ ꝑfectiōe: ⁊ iō ꝙ accñs ē in ip̄a ypo
ſtaſis diuina diſtincta eſt in deo/vt patet ꝑ antedi-
cta: tn̄ ſi quis cōſideret dicta Auguſtini ſuꝑ notata/
diſti. iij. amoꝛ ⁊ noticia nō omnino ſunt accidētalia
menti: ſed ſm̄ aliquē modū ſubſtātialia ſunt.

## Qđ ſpūſſanctꝰ ꝓpꝛie dilectio dicatur: ⁊ tn̄ trinitas ſit dilectio.

Johannes aūt in epiſtola canonica ait: De- I. Joh. 4.
us charitas ē nō dixit ſpūſſctūs charitas eſt
Qđ ſi dixiſſet abſolutioꝛ eēt ſermo: ⁊ nō par
ua pars q̄ſtionis deciſa: ſȝ q2 dixit: deꝰ cha-
ritas eſt: incertū eſt: ⁊ iō q̄rendū eſt vtrū de
us pater ſit charitas: an filiꝰ: an ſpūſſanctꝰ:
an deꝰ ipſa trinitas: q2 ⁊ ip̄a non tres dij: ſed
vnꝰ eſt deꝰ. Ad qđ Augꝰ in eodē libꝛo ita di
cit: Neſcio cur ſicut ſapientia ⁊ pater dicit̄ ⁊
filius ⁊ ſpūſſanctꝰ: ⁊ ſimul omnes nō tres ſȝ
vna ſapientia: nō ita ⁊ charitas dicat̄ pater
⁊ filiꝰ ⁊ ſpūſſanctꝰ: ⁊ ſimul oēs vna charitas
Nō iō tn̄ q̇ſq̃ȝ nos incōuenięter eſtimet cha-
ritatē appellare ſpiritūſctm̄: q2 ⁊ deꝰ pater
⁊ deus filiꝰ pōt charitas nūcupari: ſicut pꝛo a
pꝛie verbū dei etiā ſapientia dei dicit̄: cū et
pater ⁊ ſpirituſſanctꝰ ſit ſapientia.

An verbū ꝓpꝛie cōueniat filio. Arti. III.

E inde q̄rit̄ de hoc qđ dic̄: [Sicut ꝓpꝛie ꝟbū E
d dei ⁊ ſapiā ⁊c̄. s̄. a. Ex hoc ei accipit̄ ꝙ ꝟbū ꝓ Arg. p̄mo
pꝛie cōuenit filio. Sȝ ꝯtra pr̄ dicit ſe/ filiꝰ di
cit ſe/ ⁊ ſpūſſctūs dicit ſe: aut ḡ dictū ab eis eſt ꝟbū/
aut nō/ ſi ē ꝟbū ⁊ ꝟbū ꝓcedit a dicēte: ḡ filiꝰ ꝓcedit
nō tm̄ a pr̄e ſȝ etiā a ſe/ ⁊ a ſpūſctō. Si aūt nō ē ꝟbū:
cōtra/ qn̄ a dicēte nō dꝛ ꝟbū nihil dꝛ: ḡ filiꝰ dicēdo ſe
⁊ ſpūſſctūs dicēdo ſe nihil dicūt/ qđ abſurdū eſt. P̄. 2º
ſicut dicit Anſel. in mono. q̇libet triū dicit ſe in aliū
vl' in alios duos: ḡ vr̄ ꝙ nō tm̄ filiꝰ dicat̄ ꝟbū. P̄. 3º
dicit oēs creaturas ſic dic̄ ī p̄n. Geñ. Dixit deꝰ/ fiat
lux ⁊c̄. ⁊ Ps̄. Ipſe dixit ⁊ facta ſunt/ ipſe mandauit
⁊ creata ſunt. hoc aūt dicere eſt creare: cum ḡ om̄ibꝰ
eq̄lit̄ cōueniat hoc dicere oībꝫ cōueniet ꝟbū ab ip̄is
ꝓcedere. Sȝ ꝯ̄ Augꝰ: in eo eſt ꝟbū quo filiꝰ ſȝ filiꝰ ē
gn̄atione q̄ diſtinguit̄ a pr̄e: ⁊ a ſpūſctō: ergo verbū

eſt eadē gñatōe diſtinguēte. Itē Anſel. Mirū qdē ⁊ 
ineffabile video ſcꝫ tres dicentes quoꝝ qlibet dicit 
ſe ⁊ alios duos: ⁊ tñ vnū ſolū v̾bū ⁊ vni⁹ tm̄ eē ver/
bū q2 patris: ḡ videt̾ ꝙ tm̄ notionalit̾ verbū ſumat̾
Solõ Solõ dōm queſtio de v̾bo longa eſt ⁊ difficilis: et 
infra ſuo loco tractabit̾/ ſꝫ hic mō ſufficiat ꝙ meo iu/
dicio verbū dicit̾ dupliciť. ſ. eēntialiter ⁊ ꝑſonaliter 
⁊ v̾bū eēntialiter dictū appropriate cōuenit filio ꝑſo
nalit̾ v̾o nō niſi ꝓprie cōuenit ei: ſicut em̄ duo nomi/
na habem⁹ ex ꝑte ſpūſſancti quoꝝ vnū ꝯuenit ꝓprie 
ſicut ſpūſſanct⁹/ alteꝝ aūt vno mō dictū cōuenit ꝓ/
prie/ ⁊ alio mō dictū ꝯuenit appropriate. ſ. amor vł 
charitas: ita eſt ex ꝑte filij ꝙ hꝫ vnū nomen cōueni/
ens nō niſi ꝓprie. ſ. fili⁹/ aliud aūt vno mō dictū cō/
uenit ꝓprie/ alio mō dictū appropriate/ ⁊ hoc eſt ver
Ad ṗmū bū. Ad id ḡ qđ ṗmo obijcit̾ dōm ꝙ dicere equocū ē 
ad dicere eēntiale quo qlibet dicit ſe ⁊ aliū/ ⁊ ad di/
cere notiōale q ſol⁹ pater dicēdo generat filiū. Sūt 
aūt q dicunt ꝙ dicere d2 tripliciť. ſ. eēntialit̾ quō q/
libet dicit ſe/ ⁊ eēntialit̾ cōnotando effectū in creatu
ra q qlibet dicit creaturā: ⁊ notionalit̾ q ſol⁹ pat̾ di
cit v̾bū/ ⁊ in hac tertia ſola ſ̾catione rñdet ei verbū: 
⁊ hoc eſt verū ꝙ rñdet v̾bū ꝑſonale/ ſed ꝙ in duplici 
alia ſ̾catione nullū v̾bū rñdeat abſurdū eſt: q2 q di
cendo nō dicit verbū nihil dicit/ q2 nihil d2 niſi ver/
Ad 2m bū. Ad aliud dōm ꝙ Anſel. vult dicere ꝙ ex plura
litate dicētiū nō multiplicat̾ rō v̾bi ꝑ appropriatio
nē: verbū em̄ a quocunqꝫ dicat̾ ſiue etiā ab om̄ibꝫ ſi
ue a duobꝫ ſemꝑ eſt appropriabile filio mag̾ q̄ȝ alij.
Ad 3m Ad id qđ obijcit̾ de Augu° dicendū ꝙ eo v̾bū eſt 
quo fili⁹. i. ea relatiōe d2 v̾bū lꝫ nō ea rōne noīs: et 
hoc intelligit de verbo ꝑſonaliter dicto.

**Sicut verbū dei ꝓprie dicit̾ ſapiā: ⁊ tamē tota trinitas dicit̾ ſapiētia ita ⁊ ſpūſſanctus ꝓprie dicit̾ charitas: ⁊ tamen pater ⁊ filius ⁊ ſpirituſſanctus dicitur charitas.**

Si ergo ꝓprie aliqs hoꝝ triū charitas nun/
cupari debet qs apti⁹ q̄ȝ ſpūſſctūs. vt. ſ. in il
la ſumma ſimplicīqꝫ natura nō ſit aliud ſub/
ſtantia ⁊ aliud charitas: ſed ſubſtātia ipa ſit 
charitas: ⁊ charitas ipſa ſit ſubſtātia: ſiue in 
a patre ſiue in filio ſiue in ſpirituſctō: ⁊ tñ ſpi/
rituſſanct⁹ ꝓprie charitas nuncupat̾. Ecce 
his verbis aperte dicit Aug⁹: ꝙ in trinitate 
charitas aliquando refert̾ ad ſubſtantiam: 
que cōmunis eſt triū perſonarū ⁊ tota in ſin
gulis: aliquando ſpecialiter ad ꝑſonam ſpi/
rituſſancti ſicut ſapientia dei aliquando ꝓ 
ſubſtantia diuina aliquando pro filio acci/
pitur: ⁊ hoc in multis fieri reperit̾.
Arti. IIII An ſpūſſanct⁹ ꝓprie nuncupet̾ charitas.
D Einde qrit̾ de hoc qđ dic̄ [Et tñ ſpūſſctūs ꝓ/
d prie charitas nuncupat̾ ⁊c̄. ſ. a. Hoc em̄ vi
Qđ nō p°. det̾ falſum eſſe: q2 qcqd eſt cōmune tribꝫ non 
pōt eſſe ꝓpriū vni⁹/ ſꝫ charitas eſt cōis tribꝫ: ḡ nō po
2° teſt eſſe ꝓpriū ſpūſſancti. P. charitas magis videt̾ 
appropriari pr̄i: q2 in qdā antiphona de trini. cātat 
ecclīa: Charitas pr̄ eſt/ gr̄a xp̄s/ cōicatio ſpūſſanct⁹.
Itē charitas virtutū eſt forma: ⁊ ſic oēs v̾tutes ali 3°
qd accipiūt a charitate: ḡ magis ſilīs ⁊ appropriabi
lis eſt ꝑſone a q alie accipiūt q̄ȝ illi q ab alijs accipit 
qđ ab ipſa nulla alia accipit: hec autē eſt ſpūſſanct⁹: 
ḡ nō cōuenit ſpūiſancto. Itē charitas eſt finis ṗce/ 4°
pti/ vt dicit aplūs. I. ad Timoth. 3. Finis aūt cōue/
vnitatē eſſentie q̄ tāgiť hic ab Hilario ⁊ Aug. ⁊ Am
bꝛoſio ⁊ etiā exiſtētie relatiuoꝝ quā tāgit Dam. vnū
em̄ relatiuoꝝ eſt ī alio p ītellectū: g̃ videť ꝙ ſemel po-
5o ſita equoce ſm duas hitudines ſumať. Itē tres il
Aug⁹. Hi- luſtres doctores exponūt h̄ de vnitate eſſētie: ⁊ q̄ro
larius Am- in q̄ hitudīe ſumať ibi li in ⁊ dicam⁹ pr̄ eſt in eſſentia
bꝛo. vide in diuīa/ ⁊ fili⁹ eſt in eadē eſſentia aut em̄ eſt ſicut in to-
textu. to qđ infra notať aut eſt ſicut in foꝛma vel ſic̄ in loco.

cōſtat aūt ꝙ nullo mō: g̃ li in nō notat hitudinē eſſen
tie hic ⁊ ſic male exponiť. Sol'o dōm ꝙ in v̄itate ſi Solutio
cut dictū eſt in obijciēdo p̄poſitio notat duplicē hitu-
dinē. ſ. oꝛigīs vel relatiōis ⁊ ydēptitatis eſſentie ⁊ q̄
ad illā q̄ eſt relatiōis nō eodē mō diciť eſſe pr̄ in filio ⁊
filius in p̄re ⁊ de ſpūſctō ſil'r eſt. Ad pꝛimū dōm ꝙ Ad pꝛimū
nullo illoꝝ modoꝝ ſumiť hic in: q̄ꝛ ph̄s ibi nō tangit
modos q̄b⁊ aliq̄d eſt in aliq̄ niſi q̄ aliquā hn̄t ſil'itudi-
nē cū illo mō q̄ aliq̄d eſt in alio ſicut in loco: q̄ꝛ de illo
ſolo ibi intendit: poſſet tn̄ licz remote reduci ad illū q̄
cauſatū eſt in cā: q̄ꝛ licet cā in diuis nō ſit: eſt tn̄ ibi po
tētia p̄ncipij. Ad aliud patz iā ſol'o p an̄dicta. Ad ad 2m ⁊ 3m
aliud dōm ꝙ li apud notat diſtinctionē pfecti ⁊ eq̄lis
ſm modū ſignificādi: q̄ꝛ in reb⁊ coꝛpalib⁊ dictū notat
vicinitatē lateralē ⁊ illa vicinitas pōit eq̄litatē/ tn̄ in
diuis nō remouet q̄n diſtinctoꝝ vn⁹ poſſit eſſe ī alio
tū p intellectū p̄ncipij ⁊ exn̄tis de p̄ncipio/ tū etiā per
vnitatē eſſentie: ſꝫ in coꝛpalib⁊ q̄ nō pn̄t eſſe vni⁹ eſſen
tie ſi diſtincta ſūt: veꝝ eſt ꝙ ſeq̄ť ꝯcluſio illius rōnis.

Ad aliud dōm ꝙ licet pſona ⁊ eſſentia differāt ſm Ad 4m
modū ſignificādi tn̄ real'r idē ſunt: ⁊ iō etiā diſtinctio
pſonalis ⁊ vnitas eſſētialis vno termino ſignificari
q̄nq̄z pn̄t ⁊ nō eſt ſignū equocū: q̄ꝛ vnū accipiť in alio
ſicut etiā ſup̄ explanatū eſt. Ad aliud dōm ꝙ nō p- Ad 5m
pꝛie dr̄ pr̄ eſt in eſſentia diuīa: ſꝫ poſſet dici fili⁹ eſt in
natura vel eſſentia p̄ris vel ecōuerſo vbi notareť aliq̄
diſtinctio nō q̄dē eſſentie ad pſonā: ſꝫ pſone ad pſonā
q̄ ſecū eſt vnū in eſſentia. Si tn̄ ꝯcedať tūc dōm ꝙ p̄-
poſitioni ſufficit trāſitio in mō ſignificandi non in re:
⁊ ille modus ſignificandi erit ꝙ pater eſt in eſſentia ſi
cut quis in quo eſt ⁊ eſſentia in patre ſicut quo eſt in
q̄s: ⁊ q̄ꝛ indifferētia eſt in diuis inter q̄s eſt ⁊ q̄ eſt: iō
p̄poſitio exponiť p rei ydēptitatē ⁊ hoc non pōt ad ali
quē modoꝝ ph̄i reduci: q̄ꝛ nec ipſe omnes poſuit: ſed
eos q̄ habebant ſil'itudinē cū vltimo de q̄ intendebat
vt dictum eſt.

Einde q̄riť de hoc qđ dicit [Natura intelli- I
d gētie hūane rōnē hui⁹ dicti nō capit ⁊c̄. s. a.
Hoc em̄ videť falſum q̄ꝛ ſup̄ iij. diſtinctione
data ſunt ſil'ia veſtigiū ⁊ imago ad hoc rep̄ſentandū.
Ad hoc dicendū ꝙ nullū ſimile rep̄ſentat ſufficiēter
⁊ hoc intēdit Hilarius.

An filius addat aliq̄d ſuper id quod acce Arti. IX.
pit a patre.

Einde q̄riť de h̄ qđ dicit [Nā ſi partē eiuſdē q̄ Arg. in op-
d genuit accepit neuť g̃ pfectus ⁊c̄.] s. b. Hoc poſitū.
ei videť falſū: q̄ꝛ aut fili⁹ aliq̄d addit ſup id qđ
accipit a p̄re aut nihil ſi addit nō totū pr̄ habet qđ hꝫ
filius qđ hereticū eſt. ſi nihil addit: aut g̃ totū ⁊ idem
habet aut nō totū ⁊ aliud. Si p̄mo mō: g̃ pr̄ ⁊ filius
ſunt in toto idē qđ falſum eſt cū ſup̄ negatū ſit diſtin-
ctiōe. iiij. ꝙ etiā nō ſūt idē de⁹. Si aūt nō totū ⁊ aliđ
accipit tūc nō eſt eq̄lis ⁊ in eſſētia eadē cū p̄re qđ iteꝝ
abſurdū eſt: g̃ videť ꝙ ille ſermo q̄ hic diciť ſit falſus.

Si foꝛte dicas ꝙ filius addit ꝓpꝛietatē que non eſt Sol'o.
aliq̄d ſed ad aliq̄d. Cōtra ſi illā addit filius nō addit Obiectio.
niſi ei qđ accipit a p̄re: eſſentiā aūt accipit: ergo addit
eſſentie: ergo ꝓpꝛietas determinat eſſentiam/ qđ fal-
ſum eſt: quia ſic eſſentia diuina filij nō eſſet patris eſ-
ſentia ſic̄ nec pſona filij eſt p̄ris pſona: g̃ videť ꝙ nec
addat aliq̄d nec ad aliq̄d ⁊ ita remanet penitus idē.

Solutio dicēdum ꝙ filius nihil addit oīno ei qđ Sol'o.
accipit a patre nec tamē ſequiť ꝙ filius ſimpliciter ſit
idem patri: ſed ſequiť ꝙ fili⁹ in accepto ſit idem patri

Queſtiūcl'a z hoc verum eſt abſolute. Si autē queris in quo
Solō ergo diſtinguūtur pater z filius. Dicendū q̄ in eo q̄ ille eſt accipiēs p generationē ille aūt dans z hec non diſtinguūt acceptū ab eo a quo accipit: ſed potius accipientē a dante: z ideo pater q̄ q̄ tm̄ accipit q̄ntus eſt ideo ſequit̄ q̄ accipiēs z dans ſint eq̄les: q̄ ꝟo ille dans iſte accipiēs ideo ſequit̄ q̄ nō ſunt idē ſed alius z ali⁹ z p hoc patet ſolutio.

Arti. X. An omne qđ naſcit̄ naſcitur ex duplici genere ſcȝ maſculo z femina.

R Einde q̄rit̄ de hoc qđ dicit ibi [Nō p duplicē
D cōuenientiū generꝫ cōiunctionē zc̄.] d. c. Non em̄ oē qđ generat̄ / generat̄ inſitiue vel p du-
Solutio plicē cōuenientiū generū ꝯiūctionē. Et ad hoc dicendū q̄ Hilari⁹ loquit̄ hic de generatiōe viui / ſicut patꝫ in ip̄o textu: viuū aūt aut eſt ſenſibile aut vegetabile. In ſenſibili autē in omni eo qđ eſt pfectū. i. qđ ex ſe habet pducere tale alterū quale eſt ip̄m neceſſe eſt q̄ ſit duplex genus cōmixtū. ſ. maſculus z femina q̄ in omi aniali vt dicit ph̄s eſt mas z femina niſi in anguilla in q̄ nunq̄ȝ mas z femia apparuit: z iō etiā piſcatores dicunt q̄ anguille de ſupfluitate alioꝝ piſcīū generant̄ quedā etiā impfecta q̄ nō pn̄t pducere tale alterū q̄lia ſūt ip̄a q̄ naſcūtur ex putrefactiōe vegetabile aūt viuū p inſitiuā ꝟtutē cōualeſcit. i. p vim inſitā ſibi: z ideo vna plāta inſerit̄ in alia: q̄ ſicut dicit ph̄s. plāta vbiq̄ȝ ip̄regnat z ip̄regnat̄ z iſtos duos modos hic remouet Hilari⁹ in generatiōe diuia in qua viuū naſcit̄ in viuum.

Arti. XI. Unde cōtingit aliquid degenerare z que ſint cauſe eius.

Einde q̄rit̄ de h̄ qđ dicit [Dū naturā dei non
D degenerat zc̄.] d. d. In q̄ ei degenerat natura: z ad h̄ dōm̄ q̄ degenerat m̄ltis de cauſis. quarū vna z p̄cipua eſt q̄ generatio eſt de ſupfluitate alimēti in q̄ originata eſt virtus formatiua ex virtute generatiua q̄ eſt in p̄re ſicut notatū eſt ſup tertiū diſtinctiōe. v. z iō gn̄atio nr̄a q̄ eſt de aſſūptiōe alimēti vtil' ei aſſūptiōe alieni z ſic degener efficit̄ qđ ñ ꝯuēit diuine. Sil'r etiā nō idem in celo mouet ad generationē omniū: q̄ celū in conſtellatiōe nō eodē mō ſe hꝫ ſed cōtinue mutādo ſitū z ꝓportiōes aſpectuū mouet aliter z aliter. Tertiū eſt q̄ nō eodē modo mobilis et cōmiſcibilis eſt materia z illa omnia intendit remouere a diuia generatiōe: q̄liter aūt nr̄a ſit noua z nouū accipiēs ſup diſtinctiōe. viij. expeditū eſt.

## Ad id qđ ceperat redit ſcȝ vt oſtendat q̄ magnitudine alius aliū nō ſuperat.

**Sed iam nūc ad ꝓpoſitū redeamus: ceptoq̄ȝ inſiſtamus oſtēdentes q̄ magnitudine nulla triū pſonaꝝ aliā ſupat: q̄ nulla maior aliis nec maius aliqd ſunt due q̄ȝ vna nec tres q̄ȝ due nec maior de⁹ q̄ȝ ſinguli horū. q̄ ſingul⁹ hoꝝ pfect⁹ ē: nec ē a quo creſcat illa pfectio.**

Ed iam nūc ad ꝓpoſitū redeamus zc̄.] Hic
L e incipit oſtendere equalitatē magnitudīs triū pſonarū per remotionē partis generis ſpeciei materie z cōtemplatiōis a diuinis z hoc facit in p̄ma parte huius partis. In ſcđa obijcit contra ibi [Hijs aūt videt̄ aduerſari zc̄. In tertia ſoluit ibi [Hec aūt que hic dicunt̄. Penes p̄ma aūt quinq̄ȝ ſunt in p̄ma parte q̄nq̄ȝ capl'a. Et p̄mū illoꝝ eſt q̄ diuia eſſentia nō dicit̄ de pſonis vt totū integrale cuius partes cōſtituētes ſunt pſone.

Arti. XII. An eſſentia predicet̄ de pſonis ſicut quoddam totum.

Circa hoc accidit hic dubiū. Primū vtrū eſ-
c ſentia pdicet̄ de pſonis vt quoddā totū: Uidetur aūt q̄ ſic: eſſentia em̄ diuina pdicat̄ de tri- Arguit̄ p°
bus z de ſingulis eoꝝ: ḡ videt̄ q̄ ſit totū ad illas z pſone ſint ptes. Itē quicq̄d remouet̄ ab aliq̄ z non 2°
differt ab illo genere vel ſpecie vel numero / videt̄ eſſe pars illius: ſed q̄libet pſona remouet̄ a trinitate non differēs ab ea genere vel ſpecie vel nūero: ḡ q̄libet pſonarū eſt ps trinitatis. Item duo ſunt plures vno: 3°
ergo ſūt totū ad vnū z ſimil'r tres ad duos z ad vnū ergo videt̄ q̄ ſint totū ad duos z ad vnū / z ſic videt̄ q̄ vna pſona ſit pars trinitatis z ſimil'r due. Item 4°
in l'ra ſepe dicit̄ tota eſſentia tota trinitas: ḡ videt̄ q̄ ſit totum z ſic in diuinis eſt ratio ptis z ratio totius.
Itē deꝰ q̄ p̄r ſit tota deitas z tot⁹ de⁹ / aut ḡ fili⁹ eſt 5°
illud idē aut aliud nō aliud: ḡ idē: ſed q̄cūq̄ȝ vni z eidē ſunt eadem penitus ſm rem / ip̄a ſunt eadem ſm rem ſed pater z fili⁹ vni z eidē deitati vel eſſentie ſunt idē ſm rem: ḡ ip̄i ſunt idem ſm rem: ſed quecūq̄ȝ vel quicūq̄ȝ ſunt idē ſm rem nulla re diſtinguūtur: ḡ pater z filius nulla re diſtinguūtur z venit ſup nos hereſis ſabellij qui in ſolis noīb; poſuit trinitatē: ḡ videt̄ q̄ pater nō ſit tota eſſentia diuina: ergo eſt pars. Itē 6°
alia via videt̄ pbari q̄ totū z pars ſint in trinitate: in nulla em̄ natura ita eſt q̄ res nature fiat ex natura ſola: ſi em̄ ſola natura faceret rem nature cum ip̄a vno modo habeat ſe nō faceret rem nature niſi vno modo hoc aūt falſum etiā in diuinis: q̄ res nature diuine ſunt tres: ḡ videtur q̄ natura ſit in pſona cū aliq̄ alio: ergo videtur natura eſſe pars eſſentialis perſone. Itē Boeci⁹ Omē qđ eſt p̄ticipat eſſe vt ſit z par- 7°
ticipat alio aliquo vt hoc ſit: ſed pater ē hic: ergo participat duob; ſcȝ eſſe vt ſit z paternitate vt hic vel ille ſit z ſic iterum redit q̄ eſſentialis pars patris vel alterius perſone eſt eſſentia diuina. Item hoc videtur 8°
q̄ ſepius habuimus q̄ Aug. dicit q̄ pater non eo eſt quo pater eſt: quia eſſentia eſt z paternitate pater eſt ergo videt̄ eſſentia pars eſſētialis patris eſſe. So- Solutio
lutio dicendū q̄ nulla ratio totius z nulla ratio partis eſt in diuinis z hoc ideo eſt: q̄ omne totū ex ſuis partib; cōpoſitū eſt z hoc dico ſi vere totum eſt: pars aūt impfecta eſt ad ſuū totum z neutrū illorū competit diuinis: quia ſimplicitas repugnat primo / pfectio aūt repugnat ſecundo. Dicendū ergo ad p̄mū q̄ Ad primū
eſſentia diuina pdicatur conuerſim de perſona. Hec em̄ eſt vera: pater eſt eſſentia diuia / z eſſentia diuina eſt pater. Si aūt ſic obijciat̄ p̄r eſt quicq̄d eſt eſſentia diuia adhuc vera ē z ꝓcedat̄ vlteri⁹ eſſentia diuia eſt filius: ergo pater eſt filius ſatis patet q̄ mutatur qđ in ad aliqđ. vnde non ſequit̄ argumentū. vñ qcq̄d eſt eſſentia diuina eſt pater z ecōuerſo. Si autē fiat hoc argumentū de hoc noīe trinitas ſic p̄r eſt aliqđ trinitatis z nō tota trinitas: ḡ eſt pars trinitatis. Dicē- Improbatio.
dū q̄ hec eſt falſa / p̄r eſt aliqđ trinitatis: q̄ li aliqđ notat ptitionē ſi aūt ſic ꝓponat̄ pater eſt aliq̄s trinitatis tunc eſt vera / ſi poſtea procedat vlterius ſic: eſt aliq̄s trinitatis z non tota trinitas: ergo eſt pars trinitatis iam ſup ſolutum eſt: q̄ q̄ pater nō eſt tota trini-

tas hoc nõ impedit vnitas trinitatis/ſed pluralitas
pſonaꝝ ſignificata in hoc noĩe trinitas. vñ ex h̃ nõ ſe
quitˀ ꝙ pr̃ ſit ps: ſed ſequitˀ ꝙ pr̃ nõ eſt tot q̃t ſũt tres
Ad 2m ſilˀ vniti in vna eſſentia ſicut dixim⁹ ſup̃. Ad aliud
dõm ꝙ hec ꝓpoſitio quicq̃d remouetˀ ab aliq̃ ⁊c̃. intel
ligitˀ ſic ꝙ illud ſit in ipo ſicut hñs eſſe actu ĩ illo ⁊ nõ
in ſe/ſicut pes in ſorte vel alia ps ĩ ſuo toto: ſic aũt p-
ſone nõ hñt ſe in trinitate: q꜡ in trinitate non hñt eſſe
in potẽtia nec trinitas eſt in eis ſicut totũ in ptib꜡: ſed
potius pſone ſignificantˀ in hoc noĩe trinitas ſicut ſilˀ
ſumpte: ⁊ ideo q̃libet vna p ſe ſũpta remouetˀ a trini-
Ad 3m tate ⁊ trinitas ab ea/⁊ illi⁹ cã iam dicta eſt. Ad ali
ud dõm ꝙ hoc eſt verũ ꝙ duo ſunt plures vno: ⁊ ſic
bñ ꝯcedo ꝙ due pſone nũero quẽ faciũt relatiões ſũt
plures vna: ſed tñ vna nõ eſt ps duaꝝ nec vnitas il-
la eſt ps binarij alicuius. Et hoc patet ſic: in inferio-
ribus eſt forma ſubalis vniuſcuiuſq꜡ cuius actus eſt
rem in ſe termĩare ⁊ ſepare ab alijs in q̃b꜡ nõ eſt eadẽ
forma nũero p actũ: g̃ forme illi⁹. ſ. act⁹ q̃ eſt in ſe ter-
mĩare ⁊ ab alijs diuidere facit ipam rem eſſe vnã/⁊
eſt vnitas ei⁹: ⁊ iõ q꜡ ille vnitates q̃ ſunt in duab꜡ re-
bus ⁊ conſequũtur formas ſubſtãtiales nõ ſunt vna
nec vnũ. Ideo ſequitˀ ꝙ vnitas iſtius ⁊ vnitas illius
aggregate faciũt binariũ ⁊ tres ?nariũ/⁊ ſic deiceps
ſm ꝙ phs dicit ꝙ numeꝝ cognoſcim⁹ diuiſione con
tinui. In diuinis aũt eſſentia nõ diuidit ſed potius
vnit pſonas ⁊ iõ vnitas pſone vt pſona nõ eſt eſſẽtia:
ſed notio vel relatio diſtinguit ĩ diuĩs/⁊ facit hec no-
tio vel illa vnitatẽ pſone: facit em̃ pſonã in ſe exiſtere
⁊ diſtinctã ab alia: ⁊ ideo hec pſona ⁊ illa ſunt due pſo
ne nũero notionũ: ſed q꜡ notio nõ diuidit pſonã a pſo
na eſſentialˀr: ideo non ſimplˀr facit pluralitatẽ: g̃ nec
ſimplˀr facit binariũ. vnde licet in diuĩs ſint due pſo-
ne nõ tñ binarius/⁊ licet ibi ſit pluralitas perſonarũ
nõ tamen multitudo: ⁊ ideo nõ puto eſſe concedendũ
ꝙ vnũ in diuĩs ſit pars duoꝝ etiã diſcreta ſicut vni-
tas eſt pars binarij vel ternarij: ſed bene concedo ꝙ
vna pſona eſt nõ tot ſicut due vel tres ⁊ due nõ tot ſi
cut tres nec ita pauci ſicut vna: quia nũerus quẽ fa-
cit notio in diuinis nõ eſt ſimplˀr numerus: ⁊ hoc in-
Ad 4m fra magis determinabitˀ. Ad aliud dicendũ ꝙ ſan
cti vocãt totũ idem qõ perfectũ: ſicut phs dicit in. iij.
Ad 5m phic. totũ autẽ ⁊ pfectũ idem dico. Ad aliud dicen
dũ ꝙ pater eſt tota deitas ⁊ totus deus ⁊ filius ſimi
liter ſed qõ poſtea ſubinfertˀ: quecũq꜡ vni ⁊ eidẽ ſunt
eadem ⁊c̃. intelligendũ eſt ꝙ hoc verum eſt ſm ꝙ ſũt
idem illi: nõ autẽ eſt ibi p̃dicatio vel cõparatio perſo-
narũ ad eſſentiã niſi in rõne abſoluti de abſoluto. q̃c-
quid em̃ cõparatˀ ad eſſentiã in diuinis comparatˀ vt
abſolutũ ad abſolutũ: relatiuũ em̃ nõ eſt ad alterum
niſi ad id cui opponitˀ: ⁊ ideo ad eſſentiã cõparatũ nõ
eſt ad alterũ. vnde ex illa ꝓpoſitione non ſequitur ꝙ
pater ⁊ filius ſint idem: ſed ꝙ in omnib꜡ abſolutis
ſint idem ⁊ in hijs in quib꜡ ad ſeinuicẽ referũtur hñt
Ad 6m diſtinctionẽ. Ad aliud dicendũ ꝙ eſſentia diuĩa nõ
eſt pars patris vt dicit alterius pſone/⁊ verum eſt ꝙ
eſſentia nihil ſibi additũ habet in patre quo cõſtituat
perſonã: quia iam dictũ eſt ꝙ nihil comparatˀ eſſentie
in diuinis niſi penes ydẽptitatẽ abſolutã ꝓpter vlti-
mã ſui ſimplicitatẽ: ſed licet paternitas ab eſſentia in
patre nõ differat re/tamen differt modo ſignificandi
qui licet in cõparatione ad eſſentiã ſit modus ⁊ non
res eſt tamen res in cõparatione ad oppoſitã pſonã
⁊ ideo pſone nõ differunt modo nominũ tm̃. Sed ſi
ab vtraq꜡ parte eſſet modus. ſ. a parte eſſentie ⁊ a pte
pſone tunc tm̃modo differẽtia nominũ differrẽt pſo-
ne vt dixit ſabellius. Ad aliõ dõm ꝙ etiã ſm phos Ad 7m
primũ nullo niſi ente pticipat ⁊ nec illo participat vt
partẽ ei⁹ capiat ſicut diſputatũ eſt ſupra diſtinctione
viij. ſed ad hoc ꝙ aliq̃s ſit pater ſufficit habere aliq̃d
differẽs ab eſſe in modo ſignificandi q̃ modus ſit res
nõ cõnumerabilis eſſentie ſed in cõpatione ad aliam
pſonã que eſt res eiuſdẽ nature. Ad aliud dõm ꝙ Ad 8m
Aug. intẽdit ꝙ nõ eodẽ mõ pr̃ eſt ⁊ eſt pater ſm mo-
dũ ſignificãdi qui ſit res reſpectiua licet nõ ſit res di-
uerſa a natura.

## Qõ nulla perſonarum pars eſt in trinitate.

Nec eſt aliqua triũ perſonarũ pars dei vel
diuine eſſentie: q꜡ ſingula harũ verus ⁊ ple-
nus de⁹ eſt: ⁊ tota ⁊ plena diuĩa eſſentia eſt:
⁊ ideo nulla iſtarũ in trinitate ps eſt. Unde
Aug. in li. ij. cõtra maximinũ hereticũ ſic ait
Putas deũ patrẽ cũ filio ⁊ ſpũſctõ vnũ deũ
eſſe nõ poſſe: times em̃ ne pr̃ ſit pars vni⁹ dei
q̃ conſtet ex tribus: noli hoc timere nulla em̃
ſit partiũ in deitatis vnitate diuiſio: vn⁹ eſt
deus pr̃ ⁊ filius ⁊ ſpũſſanctus: id eſt ipa trini
tas vnus eſt de⁹. Ergo inq̃s de⁹ pr̃ eſt ps dei
abſit. Tres em̃ pſone ſũt pr̃ ⁊ filius ⁊ ſpũſſan
ctus ⁊ hi tres q꜡ vni⁹ ſubſtãtie ſunt: vnũ ſũt:
⁊ ſumme vnũ ſunt: vbi nulla naturarũ: nulla
eſt diuerſitas voluntatũ. Si em̃ natura vnũ
eſſent: ⁊ cõſenſione vnũ nõ eſſent: nõ ſumme
vnũ eſſent. Si võ natura diſpares eſſent nõ
ſũme vnũ eſſẽt. Hi g̃ tres q꜡ vnũ ſunt ꝓpter
ineffabilẽ cõiunctionẽ deitatis q̃ ineffabili-
ter copulantˀ vn⁹ deus eſt. Pars g̃ trinitatis
eſſe nõ poteſt quicũq꜡ vnus eſt in tribus. In
trinitate ergo q̃ de⁹ eſt ⁊ pr̃ deus eſt: ⁊ filius
de⁹ eſt: ⁊ ſpũſſanctus deus eſt: ⁊ ſimul hi tres
vnus deus. Nec huius trinitatis tertia pars
eſt vnus: nec maius aliq̃d duo q̃ vnus eſt ibi
nec maius aliq̃d ſũt oẽs q̃ ſinguli: q꜡ ſpirita
lis nõ corporalis eſt magnitudo. Qui põt ca Matth. 19 a
pere capiat: q̃ aũt nõ põt: credat: ⁊ oret vt qõ
credit intelligat. Uerũ eſt em̃ qõ per ꝓphetã
dicitur: Niſi credideritis: non intelligetis. Eſa. 7.
Hijs verbis aperte oſtendit indifferentẽ ma
gnitudinẽ trium perſonarum. Item in eodẽ
Tu nempe dixiſti vnum deum non ex parti-
bus eſſe compoſitum: ⁊ hoc de patre tm̃ vis
intelligi: Ille inquis virtus eſt ingenita ſim
plex: et tamen in hac ſimplici virtute multa
videris cõmemorare cum dicis: Deus deum
genuit: bonus bonum genuit: ſapiens ſapi-
entem: clemens clementem: potens poten-
tem. Nũquid ergo bonitas ⁊ ſapientia ⁊ cle-

mentia ⁊ potẽtia tres partes ſunt vnius virtutis quã ſimplicẽ eẽ dixiſti: Si dixeris partes ſunt. Simplex ergo virtus ex partibꝰ cõſtat. Et ſimplex iſta virtus te diffiniẽte vnus eſt deus: ergo deũ ex ꝑtibus cõpoſitũ eſſe dicis. Non dico inq̃s: non ſunt ꝑtes. Si ergo in vna ꝑſona patris: ⁊ illa inuenis q̃ plura videntur ⁊ ꝑtes nõ inueneris: q2 vna virtꝰ ſimplex eſt. q̃nto magis pater ⁊ filius ⁊ ſpũſſctũs ⁊ ꝓpter indiuiduã deitatem vnus deus ⁊ ꝓpter vniuſcuiuſq3 ꝓprietatẽ tres ꝑſone ſunt: ⁊ propter ſinguloꝝ ꝑfectionẽ ꝑtes vniꝰ dei nõ ſũt. Virtus eſt pr̃: virtus eſt filius: virtus eſt ſpiritusſctũs. Hoc verũ dicis: ſ3 ꝙ virtutẽ de virtute genitã ⁊ virtutẽ de ꝟtute ꝓcedentẽ: nõ vis eandẽ habere naturã: hoc falſum dicis: hoc cõtra fidem rectã ⁊ catholicã dicis. His verbis apte docet̃: ꝙ tres ꝑſone ille non ſunt partes dei vel diuine eſſentie. Nulla q3 illaꝝ trinitatis pars dicenda eſt nec vna al̃s vlla maior alijs.

Arti. XIII. M — An fides ꝑcedat ĩtellectũ ita ꝙ nihil intelligat̃ niſi prius credatur.

Et inde q̃rit̃ de h̄ qđ dicit ĩ eodẽ ca. [Oret vt qđ credit ĩtelligat ⁊c̃.] s̃.a. Ex h̄ eñ videt̃ ſeq̃ ꝙ fides ꝑcedit ĩtellectũ. Sed ꝯ q2 dic̃ Aug. ꝙ credere eſt cũ aſſenſu cogitãre. aſſenſus autẽ nõ eſt niſi ĩtelligẽtis cui ſit aſſentiẽdũ: g̃ ĩtellectꝰ eſt ante fidem.

Arguit̃ p̀o d

Solutio ad argum. — Soluũt ad h̄ cõiter ꝙ eſt ĩtelligere q2 eſt ⁊ h̄ ĩtellectus ꝑcedit fidẽ. ⁊ eſt ĩtelligere ꝙ eſt res vel qual̃r eſt ⁊ hic ſequit̃ fidẽ. Aliã ſolutionẽ ſuꝑ hoc notatam inuenies ſupra diſtinctione q̃nta.

## Cũ dicimus tres perſonas eẽ vnã eſſentiã: nec vt genus de ſpẽbꝰ nec vt ſpẽm de indiuiduis ꝑdicamus: q2 nõ eſt eſſentia genus ⁊ perſona ſpecies: vel eſſentia ſpecies ⁊ perſona indiuiduum.

Hic adijciendũ eſt ꝙ tanta ẽ eq̃litas triũ ꝑſonaꝝ atq3 indifferẽs magnitudo ꝙ cũ dicamꝰ tres ꝑſonas vnã eẽ eſſẽtiã vel ſubãm: neq3 vt genꝰ de ſpẽbꝰ: neq3 vt ſpẽm de ĩdiuiduis ꝑdicamꝰ. Nõ eñ eſſẽtia diuia genꝰ eſt: ⁊ tres ꝑſone ſpẽs: vel eſſẽtia diuia ſpẽs: ⁊ tres ꝑſone ĩdiuidua: qđ Aug. rõnibus ꝓbabilibꝰ atq3 irrefragabilibꝰ apte demõſtrat in li. vij. de tri. dicẽs. Si eſſẽtia genꝰ ẽ: ſpẽs aũt ꝑſona: vt nõnulli ſentiũt: opt3 appellari tres ſubas: vt appellãt̃ tres ꝑſone. Sic cũ ſit aĩal genꝰ ⁊ equꝰ ſpẽs appellant̃ tres eq̃ idẽq3 tria aĩalia. Non eñ ibi ſpẽs plural̃r dr̃: ⁊ genꝰ ſingularit̃: vt ſi diceret̃: tres eq̃ ſũt vnũ aĩal: ſ3 ſic tres eq̃ ſpeciali noĩe: ita tria aĩalia noĩe gñali dicunt̃.

Cũ g̊ tres ꝑſonas vnã fateamur eſſe eſſentiã nõ tres eẽ eſſẽtias: cum tres eq̃ tria aĩalia dicant̃ nõ vnũ: pat3 noĩe eſſẽtie nõ ſignificari genus: nec noĩe ꝑſone ſpeciem.

## Hic probat ꝙ non dicitur vt ſpecies de indiuiduis.

Si ꝟo dicũt noĩe ꝑſone nõ ſpẽm ſignificari: ſ3 aliq̃d ſingl̃are atq3 ĩdiuiduũ: ⁊ noĩe eſſentie ſpẽm ĩtelligi: vt ꝑſona nõ dicat̃ ſic hõ: ſ3 quõ dr̃ h̄ hõ: velut abraã: iſaac: iacob: vel q̃s aliꝰ q̃ etiã digito pñs demõſtrari poſſit. Sic q3 illos eadẽ rõ cõfutabit. Sicut eñ dicũt̃ abraã iſaac iacob tria indiuidua: ita tres homĩes ⁊ tria aĩalia. Cur g̊ pr̃ ⁊ filius ⁊ ſpũſſctũs ſi ſ̃m genꝰ ⁊ ſpẽm ⁊ ĩdiuiduũ iſta diſſerimꝰ: nõ ita dicũtur tres eſſentie vt tres ꝑſone.

## Alio modo probat idem.

Alio q3 mõ idẽ ꝓbat Aug. ſ. ꝙ eſſẽtia diuia nõ eſt genꝰ: nec ꝑſone ſpẽs: vel eſſẽtia nõ eſt ſpẽs nec ꝑſone ĩdiuidua. Una inq̃t eſſentia nõ h3 ſpẽs: ſic vnũ aĩal nõ h3 ſpẽs. Pr̃ g̊ ⁊ filius ⁊ ſpũſſctũs nõ ſũt tres ſpẽs vniꝰ eſſentie. Diuia g̊ eſſẽtia genꝰ nõ ẽ: ſ3 nec ſpẽs ẽ eſſẽtia diuia ⁊ ꝑſone ĩdiuidua: ſic hõ ſpẽs eſt: ĩdiuidua autẽ abraã iſaac ⁊ iacob. Si eñ eſſentia ſpẽs ẽ vt hõ: ſic nõ dr̃ vnꝰ hõ eſſe abraã iſaac ⁊ iacob ita nõ dr̃ vna eſſẽtia eſſe tres ꝑſone. Non itaq3 ſ̃m genꝰ ⁊ ſpẽs iſta dicimus.

## Nec ſ̃m materialẽ cauſam dicunt̃ tres perſone vna eſſentia.

Notandũ etiã ꝙ eſſẽtia diuia nõ eſt materia triũ ꝑſonaꝝ vt Aug. in eodẽ libro docet tãq3 ſ̃m cõem eãdẽq3 materiã tres ꝑſone dicant̃ eſſe vna eſſẽtia: ſic ex eodẽ auro ſi fierẽt tres ſtatue: diceremꝰ tres ſtatuas vnũ auꝝ. Non aũt ſic trinitatẽ. i. tres ꝑſonas dicimus vnã eſſẽtiã ⁊ deũ vnũ tãq3 ex vna materia tria q̃dã ſbſiſtãt. In ſtatuis eĩ eq̃libꝰ plꝰ auri ẽ tres ſil̃ q3 ſingule: ⁊ minꝰ auri ẽ vna q3 due. In illa ꝟo eſſẽtia trinitatꝭ nll̃o mõ ẽ ita. nõ g̊ ſ̃m materialẽ cauſam tres perſonas vnam dicimus eſſe ſubſtãtiam vel eſſentiã: ſicut tres ſtatue dicunt̃ vnum aurum.

## Nec ita dicũtur tres perſone vna eſſentia vt tres homines vna natura vel vnius nature.

His q3 addẽdũ eſt ꝙ tres ꝑſonas nõ ita dicimus eſſe vnã eſſentiã vt Aug. in eodem ait: vel vnius eſſentie: ſicut dicimꝰ aliquos tres homines eiuſdẽ ſexus ⁊ eiuſdẽ tẽperationis corporis: eiuſdẽq3 animi vnã eſſe naturã vel

vniusnature. Nam in hijs rebus non tm̃ eſt
vnus homo q̃tum tres homies ſimul: ⁊ plus
aliqd ſunt hoies duo q̃ vnus homo: ſicut in
ſtatuis eſſe diximus: at in deo nõ eſt ita. Nõ
eñ maior eſſentia eſt pr̃ ⁊ filius ſil' q̃ ſolꝰ pa
ter vel ſolus filius: ſed tres ſimul eſſe ille pſo
ne equales ſunt ſingulis. Ex p̃miſſis patet ꝙ
tres pſone dicunt̃ diuina eſſentia: nec ẜm ma
terialẽ cauſam vt tres ſtatue vnum aurũ nec
ẜm cõplexionis ſilitudinẽ vt tres hoies vniꝰ
nature: nec vt genus p̃dicat̃ de ſpeciebus: vl'
vt ſpecies de indiuiduis. i. continẽs de con-
tentis: maius de minoribus.

## Que videntur aduerſari p̃dictis.

His aũt vident̃ aduerſari q̃ quidã ſacre ſcri
pture tractatores catholici ĩ ſuis ſcriptis tra
diderũt. In q̃bus ſignificari vident̃ ꝙ eſſen-
tia diuina ſit quoddã cõmune et vniuerſale
velut ſpecies tres vo pſone ſint tria pticula-
ria: tria indiuidua nũero differẽtia. vñ Ioh.
damaſcenꝰ inter doctores grecoꝝ maximus
in libro quẽ de trinitate ſcripſit: quẽ ⁊ papa
Eugenius transferri fecit ait: Cõia ⁊ vniuer
ſalia p̃dicant̃ de ſubiectis ſibiipſis pticulari
bus. Cõe ergo ſubſtãtia eſt: pticulare vo hy-
poſtaſis. i. pſona. Particulare autẽ dicit̃ nõ
qđ partẽ nature habet: ſed pticulare nũero:
vt athomus. i. indiuiduũ. Numero eñ ⁊ nõ
natura differre vident̃ hypoſtaſes. Item in
eodẽ. Subſtantia ſignificat cõmunẽ ⁊ circũ-
plectiuã ſpeciẽ homoideõ. i. ſimiliũ ſpecie:
hypoſtaſeõ. i. pſonarũ vtputa deus hõ. Hy-
poſtaſis aũt indiuiduũ demonſtrat. ſ. patrẽ
filiũ ⁊ ſpm̃ſanctũ: Petrũ Paulũ ⁊ hmõi. Ec
ce apte dicit ſubſtantiã eſſe vniuerſale: hypo
ſtaſim vo pticulare: ⁊ ꝙ deꝰ eſt ſpecies vt hõ
⁊ ꝙ pater ⁊ filius ⁊ ſpũſſctũs ſunt indiuidua:
ſicut petrus ⁊ paulus: eo ꝙ numero differũt:
que premiſſe ſentẽtie Auguſtini penitus cõ-
tradicere vident̃. Quid ergo dicemꝰ ad hec
Hoc vtiq; dicere poſſumus atq; debemus ꝙ
ea que Aug. tradidit ſuperius ſine omni he-
ſitatione tenenda ſunt.

Arti. XIIII. An in diuinis ſit ratio cõmunicabilis vel
incõmunicabilis.

Eindeq̃rit̃ de ſcđa pte vbi'a diuis remouet p̃
dicationẽ gener[?] ibi [Hijs adijciẽdũ ẽ ꝙ tãta
eſt eq̃litas ⁊c̃.] Et querunt̃ hic duo q̃ꝝ p̃mũ
eſt vtrũ in diuis ſit rõ cõicabilis ⁊ incõicabilis. Se-
cũdũ aũt vtrũ in diuis ſit rõ vl'is ⁊ pticularis. Ad
Rationes ꝓ veritate p̃a — primũ ꝓcedit̃ ſic: in q̃buſcũq; eſt vniens vnũ ⁊ aliud
diſcernens in natura vna/ in hijs eſt ratio cõicabil' et
incõicabil': in diuis eſt vniẽs pſonas ĩ natura vna: q2
eſſentia ⁊ eſt in diuinis diſcernens vnam perſonã ab
alia quia ꝓprietas: ergo in diuinis eſt ratio cõmuni-
cabilis ⁊ incõicabilis. Item in diuinis eſt illud qđ 2
predicat̃ de vnaq̃q; hypoſtaſi ⁊ eſt qđ p̃dicat̃ de vna
⁊ nõ predicat̃ de alia: ergo in diuinis eſt cõicabile et
incõicabile. Itẽ Damaſcenꝰ dicit ꝙ in diuis cõmu 3
ne re conſiderat̃ ratione autẽ qđ diuiſum eſt: ergo ibi
eſt cõmunicabile ⁊ incõicabile. Sed contra cõmu Rõnes in oppoſitũ p̃a
nicabile ⁊ incõicabile aut cauſant̃ ab eodẽ principio
eſſentie aut a diuerſis: ſi ab eodem: ergo idẽ eſt princi-
piũ cõitatis ⁊ ſingularitatis ſiue diſcretionis: ſed q̃c-
quid eſt principiũ diſcretionis eſt oppoſitũ cõmuni-
tati: ergo idem eſt principiũ cõitatis ⁊ oppoſitũ cõita
ti qđ nõ eſt intelligibile: ergo cauſant̃ a diuerſis. Cui
cũq; autẽ inſunt diuerſa illud eſt compoſitũ: ergo de
us eſt aliqđ compoſitũ: ⁊ ita ſequit̃ ꝙ ipẽ non ſit eſſe
primũ nec ſumme ſimplex qđ falſum eſt: ergo non eſt
in eo cõmunicabile ⁊ incõicabile. Item cõmunica- 2
bile dicit id qđ vnũ poteſt eſſe in pluribꝫ; Incõicabile
autẽ id qđ non poteſt ineſſe niſi vni ſoli: ſi ergo iſta in
diuinis ſunt eadẽ: idẽ numero ineſt pluribꝫ/ ⁊ non in
eſt pluribꝫ ſimul ⁊ ſemel: ergo cõtradictoria verificã-
tur de eodem. Si autẽ ſunt diuerſa ⁊ ſunt in vno tũc
illud vnũ eſt cõpoſitũ in diuinis qđ eſt abſurdũ ⁊ hoc
etiã infideles ethnici dicũt. Solutio dõm ꝙ in di Solutio
uinis eſt cõicabile ⁊ incõicabile ſiue vt magis ꝓprie lo
quamur cõmune et ꝓpriũ: ſed differũt ĩ diuinis ⁊ hu-
manis ſiue in creatis: q2 in creatis pluribꝫ eſt vnum
ratione nõ eſſe ⁊ ꝓpriũ eſt materia indiuiduãtibꝫ con
ſtitutũ. In diuinis aũt cõmune eſt re ⁊ eſſe: q2 eadem
res numero ⁊ eſſe que eſt in patre etiã eſt in filio ⁊ ſpi-
rituſancto: ꝓpriũ autẽ ſiue diſcretũ nõ eſt natura ſed
ꝓprietas conſtituẽs vel exiſtens hypoſtaſis que rela
tione al's reuelatiõe diſcernit̃. Ad primũ ergo dicẽ Ad primũ in oppoſitũ
dũ ꝙ p̃ncipiũ cõicabilitatis in diuinis ſi velimꝰ vim
facere nullũ eſt: q2 eſſentia diuina eſt ip̃a ſua cõitas.
Si aũt accipiamꝰ ẜm rationẽ intelligẽdi tũc p̃ncipiũ
cõitatis eſt natura cõmunis ⁊ principiũ incõicabili-
tatis eſt ꝓprietas ſiue relatio pſonalis ⁊ ꝓprietas eſt
natura diuina re: ſed differunt ab ip̃a modo ſignifi-
candi. Et ſi tu queras vtrũ ille modus poſſit poni in Queſtiũcl'a
re. Dico ꝙ in cõparatiõe ad eſſentiã nõ ẽ niſi modꝰ: Sol'o
ſed in cõparatiõe ad aliã perſonã eſt res diſtinguens
perſonã a pſona: ⁊ hoc eſt incõueniẽs. Si autẽ quera
tur exẽplũ huius in inferioribꝫ dicẽdum ꝙ inueniri
nõ poteſt ꝓpter nimiã ſimplicitatẽ dei ſicut etiã in infe
rioribꝫ nõ inuenit̃ ꝙ idẽ ſit eſſentialiter ſubſtantia ⁊
bonitas ⁊ ſapiẽtia: ſed tamẽ in deo etiã ph̃i hoc ita eẽ
ꝓbauerũt: ⁊ ideo dicũt antiq̃ mg̃ri ꝙ licet eſſentia idẽ
ſit qđ notio/ nõ tamẽ ſuppoſita eſſentia ſupponit̃ no-
tio nec ecõuerſo. Ad aliud eodẽ mõ dõm eſt qđ cõe Ad 2m
ineſt pluribꝫ ⁊ ꝓprium vni ſoli: ſi vo ꝓprium eſt ⁊ hec
quidẽ re nõ differũt in deo ꝓpter ſimplicitatẽ: ſed tñ
differũt actu ⁊ ſuppoſitiõe ⁊ modo ſignificãdi ⁊ hu-
ius cauſa notata eſt ſup̃ diſtinctiõe. viij. quia hoc nõ
habẽt gratia ſui ꝙ idẽ ſũt: ſed ex eo in quo ſunt ⁊ ideo
nõ amittũt ex hoc id qđ ꝓprie efficere habent. ſ. pluri
bus vel vni ſoli cõuenire.

An in diuinis ſit vniuerſale ⁊ pticulare ſi- Arti. XV.
cut cõicabile ⁊ incõicabile.

Ecundo querit̃ vtrum in diuinis ſit vniuer-
ſale ⁊ particulare. Et videtur ꝙ ſic. id eñ qđ Arguit̃ p̃o
p̃dicat̃ de pluribꝫ eſt vl'e: eſſentia autẽ ⁊ deus
in diuinis p̃dicat̃ de pluribꝫ: ergo eſt vl'e. Item vl'e 2o
eſt vbiq; ⁊ ſemper vt dicit Ariſto. hoc eſt in omni ſuo
particulari ⁊ ſemꝑ ſequẽs illud: ſic aũt eſſentia diui-

na eſt in q̄lib; pſona/ ⁊ ſp ſeq̄t pſonā: ḡ ipa de pſona p̄
3o dicatur vt vniuerſale. Item vniuerſale eſt qđ eſt in
multis ⁊ de multis eſſentia ē de multis ⁊ in multis:
Solo. ḡ eſt vl'e. Si forte tu dicas/ eſt ens in ml'tis nō diui
ſum ab illis: q2 eſt in q̄libet illoꝝ p eſſe illi9 in quo eſt
Obiectio. Adhuc videt̄ cōpetere ſm hāc rōnē etiā magis ſu/
perioribꝫ q̄ inferioribꝫ: q2 eſſentia diuia eſt in pſonis
nō diuiſa ab illis ⁊ eſt in ſingulis p eſſe pſonarū: non
em̄ h; diſtinctū eſſe a pſonis ⁊ ē etiā de ml'tis: q2 p̄di
cat̄ de ill': ḡ videt̄ ꝙ ipa ſit ī rōne vl'is ⁊ pſone ī rōne
2a obiectio pticl'aris. Itē iā cōceſſū ē ꝙ cōe ⁊ cōicabile ē ī diuis
oē aūt cōicabile cauſat rōnē vl'is: ḡ vl'e ē in diuis vt
Rationes videt̄. Sed ꝯtra dicit Boeci9 ꝙ ī diuis nō eſt vl'e
p veritate. ⁊ pticulare: ḡ in deo gr̄a eſſentie nō eſt vl'e. Itē ſi in
deo eſſet vl'e ⁊ pticulare cū illa dicant duo eſſe id in q̄
ſunt ſc; qđ eſt ⁊ quo eſt/ videret̄ ꝙ in deo differrēt qđ
eſt ⁊ quo eſt/ ⁊ ſic eſſet ipe compoſit9. Itē ſi eſt ī deo
vniuerſale aut gen9 aut ſpecies aut differētia aut p/
priū aut accn̄s: genus aūt ⁊ ſpecies hic pbant̄ in lr̄a
nō eſſe in deo: de alijs aūt etiā p ſe patet: q2 illa p̄dicā/
tur in q̄le: eſſentia aūt de pſona p̄dicat̄ in q̄d: ḡ nō eſt
Queſtiūcl'a vl'e in diuinis. Sed ſi hoc ꝯcedat̄, q̄rit̄ q̄re in diui/
nis cōcedit̄ eſſe cōicabile ⁊ in cōicabile ⁊ nō vl'e ⁊ pti/
culare cū illa duo eadē videant̄ eſſe in iſtis duobus.
Solutio Solutio dđm ꝙ in diuinis ſicut pbāt vltime rō/
nes nō eſt vl'e ⁊ pticulare ⁊ cauſa tangit̄ in obijciēdo
Ad primū Ad primū ergo dicendū ꝙ pſone non ſunt ſimpl'r
plura vt pat; ex antedictis. Uniuerſale aūt requirit
multitudinē actu vel potētia q̄ ſimpl'r ſit multitudo
Ad 2m ⁊ ſic eſſentia nō p̄dicat̄ de pſonis vt de multis. Ad
aliud dđm ꝙ eſſentia nō ſic comparat̄ ad pſonas ſm
vbiq; ⁊ ſp eſſe vt vniuerſale ad pticulare: q2 vniuer/
ſale cōparat̄ ad pticulare qđ eſt ſub ipo addens ei ali
quid qđ nō eſt ipm quo efficit̄ pticulare ⁊ hoc nō fa/
Ad 3m cit pſona. Ad aliud dicendū ꝙ eſſentia quidē eſt in
⁊ ad obm. pſonis ⁊ p̄dicat̄ de ipis: ſ; nō p̄dicat̄ de ipis/ nec eſt in
ipis vt de ml'tꝭ ⁊ ī ml'tꝭ: q2 pſone nō abſolute ſt̄ ml'ta.
Ad q̄ſtiūcu/ Ad aliud dđm ꝙ cōicabile dicit̄ dupl'r ſc; ſm cōi/
lā ⁊ ad ſecū/ tatē rei ⁊ eſſe ⁊ hoc nō poteſt eſſe vni9 naturein hijs
dā obiectōꝫ q̄ ſimpl'r multa ſunt: ⁊ hec cōicabilitas eſt in diuinis
⁊ nō cauſat vl'e. Eſt alia cōitas non eſſe ſed rōnis ſm
intentionē rei abſtrahentē ab hoc ⁊ ab illo: ⁊ hec cōi/
tas eſt coꝝ que ſimpl'r multa ſūt/ in quibꝫ eſt natura
vna p rationē ⁊ hec cauſat rōnē vniuerſalis ⁊ pticu/
laris vn̄ hec nō eſt in diuinis ⁊ p hoc patet ſolutio ad
id qđ vltimo eſt queſitum.

Arti. XVI. Utrū in diuinis eſſentia ſit genus.

P Einde querit̄ de hoc qđ dicit [Si eſſentia ge
D nus eſt ſpecies aūt pſone ⁊c̄.] ſ.a. Uidet̄ em̄
Arg. p̄mo. nō valere: q2 multe ſpecies de vno ſolo p̄dicā
2o tur vt ſol ⁊ luna. P̄. ſepe ſupra habuim9 in verbis
Hilarij ꝙ gen9 eſſentiā vocauit: ḡ videt̄ ꝙ ipa ſit ge/
Sol'o nus. Solutio Aug. hic loquit̄ de hijs vl'ibꝫ q̄ ha/
principalis bēt plura ſuppoſita ⁊ de illis nō habet inſtantiā q̄n̄
ad primū. multiplicat̄ forma ad ml'tiplicationē ſuppoſitoꝝ ſm
eſſe: ſed diuia natura plura habet ſuppoſita ⁊ tn̄ ſm
Ad 2m eſſe nō multiplicat̄ in illis. Ad aliud dicēdū ꝙ mo/
dus loquēdi Hilarij ꝙ naturā vocat gen9 nō ē ꝙ ſit
materia vel ſubiectū primū vel generatiōis p̄ncipiū
ſed q2 general'r cōuenit pſonis nō vt vl'e: ſed vt idem
⁊ cōe ſm rem ⁊ eſſe vt prius dictū eſt.

## Qđ ſane pn̄t ītelligi que iohānes dicit ⁊ quō oſtendit.

Hec aūt que hic dicunt̄ licet in ſermōis ſup/
ficie aliq̄d a fide alienū reſonare videant̄: ſa
ne tn̄ intelligi queūt: piū q̄ lectorē atq; intel
lectorē plurimū efflagitāt. In quoꝝ expla/
natiōe mallē ſilens alios audire: q̄ loquēdo
maliuolis detrahēdi occaſionē p̄ſtare. Ui/
det̄ tn̄ mihi ita poſſe accipi: cū ait: Subſtātia
eſt cōe: ⁊ hypoſtaſis eſt pticulare. Nō ita hec
accepit cū de deo dicāt̄ vt accipiūt̄ in phica
diſciplina. Sed p ſimilitudinē eoꝝ q̄ a phis
dicunt̄ locutus eſt: vt ſicut ibi cōe vel vniuer
ſale dicit̄ qđ p̄dicat̄ de pluribus: particulare
vo vel indiuiduū qđ de vno ſolo: ita hic eſſē
tia diuia dicta ē vniuerſale: q2 de omnib9 p/
ſonis ſil': ⁊ de ſingul' ſepatim dicit̄. Particu/
lare vo ſingula q̄lib; pſonaꝝ: q2 nec de alijs
cōiter nec de aliq̄ aliaꝝ ſingulariter p̄dicat̄.
Propter ſil'itudinē ḡ p̄dicatiōis ſubam dei
dixit vl'e: ⁊ pſonas pticularia vel indiuidua
ppter hoc idē etiā eandē diuinā eſſentiā di/
xit eē ſpeciē cōem ⁊ circūplectiuā ſimiliū ſpe
cie pſonaꝝ: q2 ſicut hec ſpēs hō de ſuis p̄dica
tur indiuiduis: velut de petro ⁊ paulo ⁊ alijs
nec iſta ſpecie differūt ſed conueniūt p oīa:
ita deus de tribus p̄dicatur perſonis que in
diuinitate nō differunt: ſed per omnia cōue
niunt. Hanc ergo ſil'itudinē inter res ſempi/
ternas ⁊ res tēporales perpēdens Iohānes
vniuerſalitatis ⁊ pticularitatis nomina: que
rebus tēporalib9 pprie ꝯueniūt: ad res eter
nas tranſtulit. Aug. vo maiorē videns diſſi
militudinē q̄ ſimilitudinē inter res p̄dictas:
ab excellentia trinitatis predicta nomina re
mouit.

## Ex quo ſenſu dixerit perſonas differre numero.

Qđ autē iohannes dicit hypoſtaſes differre
numero nō natura: in eo ꝙ nō differre natu/
ra ait: veriſſime ⁊ ſine ſcrupulo loq̄tur. Qđ
vo dicit differre numero: cauēdū quō intel/
ligatur. Diuerſis enim modis dicuntur ali/
qua differrre numero.

## Quibus modis dicātur differre numero et ſcđm quē modū poſſit cōuenire perſonis.

Dicuntur em̄ aliqua differre numero q̄n̄ ita
differūt: vt hoc nō ſit ilud nec aliq̄d qđ illud
eſt vel ī ipo ē: q̄l'r differūt ſocrates ⁊ plato: ⁊
hmōi q̄ apud phos dicuntur indiuidua vel
particularia: iuxta quē modum non poſſunt
dici tres perſone differre numero. Dicuntur
q̄ differre nūero. que in enūeratiōe ſiue cō/

putationenō ſibi adiūgunť:ſed a ſeinuice m
diſcernunť:vt cū de aliqbus rebus loquētes
dicimus:vna:due:tres:ꝛ ſm hunc modū foꝛ
te dixit Johānes hypoſtaſes.i. ꝑſonas dif-
ferre numero. Poſſumus em̄ dicere pater eſt
vnus:ꝛ pr̄ ꝛ filius ſunt duo:ꝛ pater ꝛ filius et
ſpū ſſanctus ſunt tres. Et itē. Hec ꝑſona eſt
vna:ꝛ hec illa ſunt due:ꝛ hec ꝛ illa ꝛ alia ſūt
tres. Cōueniētius tm̄ tres ille ꝑſone ꝓꝓꝛieta
tibus tm̄ diſtingui dicūť:de quaꝝ diſtinctio
ne ſm ꝓꝓꝛietates in ſequēti tractabiť. Nūc
ꝟo ad inceptū redeamus q̄ dicta ſunt repetē
tes vt ſepiꝰ ꝟſando familiariꝰ innoteſcat.

## Qꝺ vna perſona non eſt maioꝛ alia nec tres ſimul ꝙ̄ vna ꝛ hoc rōne oſtendit catholica.

Sciendū eſt ergo tātam equalitatē eſſe in tri
nitate:vt ait Aug.in.viij.li.de tri. vt nō ſolū
pr̄ nō ſit maioꝛ ꝙ̄ filiꝰ:ſed nec pr̄ ꝛ filiꝰ ſiľ ma-
ius aliqd ſunt ꝙ̄ ſpū ſſanctus:aut q̄libet ꝑſo
na minus aliqd ſit ꝙ̄ ip̄a trinitas. Qꝺ aūt ita
ſit:aliquo mō ſi fieri pōt demonſtrandū eſt.
Quantū ergo ip̄e creatoꝛ adiuuat attēdamꝰ
Jnqt Aug.in eodē:quō in hac trinitate due
vel tres ꝑſone nō ſūt maiꝰ aliqd ꝙ̄ vna eaꝝ

## Ratione vtiť ſubtiliſſima ad oſtē- dendum ꝙ ita ſit.

Qꝺ ibi magnū diciť aliū de magnū nō eſt:q̄ꝫ
eo quo vere eſt:qꝛ ibi magnitudo ipſa ꝟitas
eſt:ꝛ ꝟitas eſſentia. Non ḡ ibi maiꝰ eſt qꝺ ve
rius nō eſt. Non aūt veriꝰ eſt pr̄ ꝛ filiꝰ ſiľ q̄ꝫ
pr̄ ſolꝰ vel filiꝰ. Non ḡ maiꝰ eſt aliqd vterqꝫ
ſiľ q̄ꝫ ſingulus eoꝝ. Et qꝛ eq̄ vere ē etiā ſpūſ
ſctūs:iō pr̄ ꝛ filius ſiľ nō ſunt aliqd maius ꝙ̄
ip̄e:qꝛ nec verius ſunt. Jtē in eſſentia verita
tis hꝰ ē veꝝ eē qꝺ ē eſſe:ꝛ hꝰ ē eē qꝺ eſt magnū
eſſe. Hoc eſt ḡ magnū eē qꝺ veꝝ eſſe. Qꝺ igi
tur ibi eque veꝝ eſt:ꝛ eque magnū eſt. Qꝺ ḡ
ibi plus ꝟitatis nō habet:nō plus hꝫ magni-
tudinis. Plus aūt veritatis nō hꝫ. qꝺ veriꝰ
nō eſt. Nō eſt aūt verius vna ꝑſona ꝙ̄ alia:
vel due ꝙ̄ vna:vel tres ſimul ꝙ̄ ſingula. Nō
ergo plus ꝟitatis habet vna ꝙ̄ alia: vel due
ꝙ̄ vna:vel tres ſimul ꝙ̄ ſingula. Sic ḡ ꝛ ipſa
trinitas nō eſt maiꝰ aliqd ꝙ̄ vnaq̄ꝙ̄ ibi ꝑſo-
na:ſed tam magnū ꝙ̄ ſingula. Nō em̄ ibi ma
ioꝛ eſt que verioꝛ non eſt: vbi ip̄a veritas eſt
magnitudo. Ecce modo cōuenienti ꝛ ratio-
ne catholica oſtenſum eſt quō indifferens ſit
magnitudo trium perſonarū: quia nec vna
maioꝛ eſt alia:nec due maius aliquid ꝙ̄ vna
nec tres ſimul maius aliqd ꝙ̄ ſingula.

An tres ꝑſone differant nūero in diuinis. Arti.XVII.
Einde ſumēda eſt pars in qua ſoluit obiecta Q
d in contrariū que incipit ibi [Hec autē que hic
dicūtur ꝛc. Jbi em̄ incidit queſtio vtrum Arguiť p̄o
tres ꝑſone differūt numero. videtur ꝙ ſic. Jn nume-
ro em̄ differunt que ſibi in numero non adiungūtur:
ſed tres perſone nō ſibi numero adiungūtur ſed po-
tius diſcernūtur abinuicē:ergo tres ꝑſone differunt
numero. Jtem Dam̄. dicit ꝙ differentia eſt cauſa 2o
numeri:ſed tres ꝑſone differūt:ergo cauſatur in eis
numerus:ergo differūt numero. Jtem aut diffe- 3o
runt numero. aut genere aut ſpecie aut oīno nō diffe
runt ſed nō genere vel ſpecie vt pꝛobatū eſt:ergo re-
linquiť ꝙ aut differunt numero aut oīno non diffe-
runt ſed nō oīno nō differunt quia hoc eſſet erroꝛ ſa-
bellij:ergo relinquiť ꝙ differūt nūero. Jtem qui- 4o
buſcūqꝫ diſcerni ꝯuenit a ſeinuicē illis cōuenit nume-
rari:ꝑſonis aūt diuinis cōuenit diſcerni:ḡ eiſdē cōue
nit nūerari. Jnde ſic:qbuſcūqꝫ cōuenit numerari/illa
differūt numero:ꝑſonis diuinis cōuenit numerari:
ergo differūt nūero. Jtem qbuſcūqꝫ eſt applicabiľ 5o
nūerus q̄ nūeramꝰ illa differūt nūero:ꝑſonis diui-
nis eſt applicabilis numerus quo numeramꝰ:ergo
differūt numero. Pꝛobatio minoꝛis:dicimus enim
vna ꝑſona due ꝑſone tres ꝑſone:ſed vnus duo tres
ſunt numerus quo nūeramus. Sed cōtra Jſido- Rationes
rus in li. ethim̄. dicit ꝙ numerus diciť quaſi nutus ꝓ ꝟitate p̄a
memeris id eſt diuiſiōis:ſed in diuinis nō eſt diuiſio
ergo nō eſt ibi nutus diuiſionis:ergo nō eſt ibi nume
rus ergo nec differre numero. Jtem ph̄s in nō ha- 2a
bētibꝫ materiā nō eſt nūerꝰ niſi ſm cauſam ꝛ cauſa-
tū:ſed ī ꝑſonis diuinis nō eſt cauſa ꝛ cauſatū nec ma
teria:ergo nō eſt ibi nūerus:ergo tres ꝑſone nō diffe
runt numero. Jtem ph̄s dicit ꝙ numeꝝ cognoſci- 3a
mus diuiſione ꝯtinui:ſed in diuinis nō eſt hmōi dici
uiſio:ergo nō eſt ibi nūerus. Jtē quecūqꝫ differūt 4a
numero ſimpľr ſunt plura:ſed ꝑſone diuīe nō ſimpľr
ſunt plura vt ſup̄ ꝓbatū eſt:ḡ ꝑſone diuine nō diffe-
rūt nūero. Jtem ſi ſoꝛtes ſit muſicus albus ꝛ citha 5a
redus ex hoc nō dicitur ip̄e plura numero:ſed potiꝰ
vnū numero eſt plures habēs ꝓꝓꝛietates:ergo a ſimi
li cū tres ꝑſone ſint vnus deus numero diſtincte/tn̄
penes ꝓꝓꝛietates q̄ in diuis ꝑſone ſunt nō debet dici
differre numero. Solutio dōm ꝙ tres ꝑſone non Solutio
differūt numero q̄ ſimpľr ſit nūerus:ſed differūt nu- pꝛincipalis
mero relationū vel numero ꝑſonarum. ꝛ hoc non eſt ꝛ ad pꝛimū
ſimpliciter differre numero:quia ſicut ſupꝛa dixim̄ꝰ dicendū.
foꝛma diuidēs inq̄ꝫtum diuidens eſt cauſa numeri ꝛ
ideo ſubſtantialis vnitas rei ꝑ cauſam loquendo eſt
ip̄a foꝛma. Dico aūt foꝛma ſubſtātialis: qꝛ accidēta-
lis foꝛma nō diuidit qꝺ patet ex hꝰ qꝛ plures eſſe pn̄t
in eodem ſine diuiſione ſubiecti:ſed plures ſubſtātia-
lēs in eodē eſſe nō pn̄t qꝺ ſic ꝓbatur. Foꝛma ſubalis
dr̄ qꝛ facit actu ſubam in eſſe ꝛ rōne. actu aūt ꝛ rōne
eē eſt eē ꝑ ſpēm ꝛ naturā ꝓꝓꝛiā:in natura aūt nō ē niſi
vnicū eſſe vniꝰ rei ꝛ vna res q̄ hꝫ vnicū eſſe cū ḡ vnū
qꝺqꝫ vnū tm̄ ſit vt dicit Boecius vnūqꝺqꝫ tm̄ vnū
eſſe habet:ḡ tm̄ vnā foꝛmā ſubſtantialē q̄ dat eſſe illꝺ
Et ſi obijcias de foꝛma generis ſubalterni ꝛ vſqꝫ Obiectio.
ad generaliſſimū in ſpecie. ridiculoſa ē obiectio:qꝛ de Solō.
terminatū eſt in alia ſciētia ꝙ oēs ille ſūt potētia ad vl
timā q̄ eſt actus. Hec igiť foꝛma ſubſtātialis qꝛ p̄mꝰ

eius actus eſt terminare eſſe in hoc cuiꝰ eſt forma neceſſaria ꝑ ꝯſequēs diuidit ab aliꝗs ⁊ ſic cauſat vnitatē ꝙ̄ pricipiū nūeri eſt q̄ iſtud aggregatū cū alio inuenit differre vnitate ſui ab alio ⁊ ſic differre numero. Jam aūt ſuꝑ hac eadē diſtinctiōe oſtēſum eſt ꝙ talis diuiſio ⁊ termiatio nō eſt in ꝑſonis diuinis: ergo nō erit ibi ſimpl'r numerus: ſed nūerus q̄dā ꝑſonarū. ſ. q̄ eſt penes diſtinctionē relationū quibꝫ referunt̄ perſone adinuicē. Ad auctoritates ergo Dam. adductas in lr̄a

Ad primū. mgr̄ ſatis couenieṫer ſoluit. Ad id aūt qḋ ꝓmo obiectū eſt dicendū ꝙ ex illo nō habet̄ ꝙ tres ꝑſone ſimpliciter differāt nūero: ſed ꝙ diſtinguant̄ tali modo quo ſibi nō adiūgunt̄: ⁊ hoc eſt numero ꝑſonarū vel ꝓꝓrietatū ⁊ nō ſimpl'r. ⁊ nō ꝓꝓrie dicūt̄ hec differre: q̄ꝛ differre eſt actus differentie: ſed diſtingui poſſunt dici/eo ꝙ diſtinctio minus dicit q̄ꝫ differre ⁊ ſufficit ei

Ad 2m actus relatiōis. Ad aliud dicendū ꝙ differētia eſt cauſa nūeri: ſed nō concedendū eſt ꝙ aliq̄ differentia tres ꝑſone differāt: ſed potius ꝓꝓrietatibꝫ diſtinguūtur.

Ad 3m tur. Ad aliud dicendū ꝙ nullo illoꝝ modoꝝ differūt tres ꝑſone: illa em̄ diuiſio locū habet in hiꝗs que ad ſeinuicē ſcḋm eſſentiā diuidunt̄: ſed diſtinguunt̄ in in nūero qḋ vel dictū eſt: ⁊ ideo nō ſequit̄ ꝙ oīno ꝑſo

Ad 4m ne ſunt eedē. Ad aliud dōm ꝙ hec ꝓpoſitio eſt falſa q̄buſcūq̄ꝫ couenit diſcretū a ſeinuicē ⁊c̄. q̄ꝛ diſcerni dicit minus q̄ꝫ differre: ⁊ ideo que diſcernunt̄ nō nu

Ad 5m merant̄ niſi ſcḋm q̄d. Ad aliud dicendū ꝙ numerus quo nūeramus abſtrahit̄ a numeratis ⁊ vbi nūerata ſimpl'r diuiſa ſunt ab inuicē ſuis eſſentiꝗs: ibi nūerus abſtractus habet diſcretionē oīmodā: ſed talis nūerus nō applicat̄ ꝑſonis: ſed potiꝰ nūerus ꝓꝓrietatū vel relationū: q̄ꝛ ille ſolus cōpetit ꝑſonis ⁊ ideo numerus quo nūeramus per prius ⁊ poſterius dicitur de nūero ꝑſonarū ⁊ numero creaturaꝝ ⁊ ꝑ prius inuenit̄ in inferioribꝫ: ꝑ poſterius aūt in ꝑſonis.

## Qḋ deus non eſt dicendus triplex ſed trinus.

Preterea cū deus dicat̄ trinus: nō tamen debet dici triplex. Ibi em̄ nō eſt triplicitas: vbi ſūma eſt vnitas ⁊ indifferēs equalitas. vnde Aug. in li. vj. de trini. ait: Non q̄m deus trinitas eſt ideo triplex putādus eſt: alioq̄n minor eſſet pr̄ ſolus vel filius ſolꝰ q̄ꝫ ſimul pater ⁊ filius. Cū itaq̄ꝫ tantus eſt pr̄ ſolus vel ſolus filius: vel ſolus ſpūſſanctus q̄ntus eſt ſimul pater ⁊ filius ⁊ ſpūſſanctus: nullo modo triplex dicēdus eſt deus. Non em̄ pater cum filio ⁊ ſpūſancto maior deus eſt q̄ꝫ ſinguli eoꝝ q̄ꝛ nō eſt quo creſcat illa ꝑfectio. Perfectus autē eſt ⁊ pater ⁊ filiꝰ ⁊ ſpūſſanctus: ⁊ ꝑfectꝰ dicit̄ deus ſingulus eoꝝ. Et ideo trinitas potius q̄ꝫ triplex dici debet.

Arti. XVIII An pōt cōcedi ꝙ deus ſit triplex.

R Einde querit̄ de hoc qḋ dicit in vltima parte

d in q̄ repetit vt addat i illo ca. [Preterea cum deus dicat̄ trinus non tn̄ debet dici triplex]

Arg. ꝓmo Cōtra hoc em̄ eſſe videt̄ qḋ dicit Jſidorus deū eē

2o multiplicē. Jtē Sap. 7. dicit̄ ſpūs ml'tiplex. Jtē

Queſtiūcl'a deus dicit̄ multipl'r ſignificari in attributis. P. q̄re nō conceditur deus eſſe triplex: triplex em̄ poteſt eſſe vbi eſt vnitas: vnus em̄ pannus triplex eſſe pōt: ergo illa nō videt̄ eſſe cauſa quā tāgit in lr̄a. Ad h̄ leue eſt Solutio

rn̄dere: q̄ꝛ triplex dicit ml'tiplicationē ꝑ exceſſum partiū ter ⁊ hoc in diſcretis. Jn cōtinuis dicit plicationē partis ſuꝑ partē ter/⁊ neutrū horū couenit diuinis. Ad primū

Ad obiectū primū dōm ꝙ improprꝗſſime locutus eſt Jſido. ⁊ vocat multiplicē vel triplicē idē qḋ trinū.

Ad aliud dōm ꝙ illa referunt̄ ad ſpm̄ in effectibus Ad 2m

q̄ multiplices ſunt. Et ſi obꝗcias ergo quo ad effectum Obiectio

pōt etiā dici triplex. Dicendū ꝙ nō: q̄ꝛ ſic poneret̄ li Solo

mitatio ſuis effectibꝫ q̄ in nullo numero determiato poſſunt poni ꝓpter nimiā ſpūs largitatē ⁊ bonitatē.

Ad aliud dōm ꝙ cauſa bona eſt/q̄ꝛ vere vnū eſt vt Ad queſtiū

dicit Boecius in quo nullus eſt nūerus ⁊ nō eſt hoc culam.

⁊ hoc/⁊ hoc eſt: q̄ꝛ vere ſimplex ⁊ huic hmōi trinitas couenire nō poteſt.

## Qḋ non eſt ita in rebus corporeis vt in trinitate.

Jn rebus corporeis non tm̄ eſt vna quantum tres ſimul: ⁊ plus ſunt due q̄ꝫ vna res. Jn trinitate vero ſumma tm̄ eſt vna perſona q̄ntum tres ſimul: et tm̄ ſunt due q̄ntū vna: et in ſe infinite ſūt: q̄ꝛ nō eſt finis magnitudis eaꝝ. Ac ꝑ hoc aperit̄ qḋ ſuperius dictū eſt: quō ſingula ſunt in ſingulis: et oīa in ſingulis: et ſingula in omnibus: et oīa in oībus: et vnū in omībus eſt: et vnū oīa. Ecce iam oſtēdimus ſufficiēter qualiter in trinitate aliqua perſona aliā nō ſuperet magnitudine.

An in rebus corꝑalibus tanta poteſt eſſe Arti. XIX.

vna conſequēte tres. S

Einde q̄rit̄ de hoc qḋ dicit in vltimo ca. [Jn

d rebꝫ corporeis nō eſt tm̄ vna q̄ꝫtū tres ſimul ⁊c̄.] Contra hoc em̄ quidā ferunt inſtantiā de luce q̄ eſt cū aere in eodē loco nō creſcēte ⁊ de igne q̄ eſt cū ferro candente in eodē loco nō creſcēte: ergo tm̄ ſūt due q̄ꝫtum tres/vel due q̄ꝫtū vna. Sed diſputare Solo.

de hoc nō preſentis negocꝗ eſt: ſed hic ſufficit ꝙ hoc nec ab auctoritate habitū eſt ꝙ lux ſit corpus nec hoc eſt verum ꝙ in ferro candēti ſit aliud corpus q̄ꝫ ipm̄ ferrū. vnde inſtātie ambe abſolute falſe ſunt ⁊ hoc facile eſſet ꝓbare ſi de hoc eſſet hic intentio.

## Oſtēſo ꝙ aliqua perſonarū aliam nō ſuperat magnitudinē nunc oſtendit ꝙ alia non excedit aliam potentia.

Nunc oſtēdere reſtat Diſt. XX. De triū ꝑſonaꝝ eq̄litate q̄ꝫtum ad poteſtatē.

n quō aliqua harū ꝑſonarū aliā nō excellat potētia: vt ſicut vna ⁊ indifferēs ē magnitudo triū ita vna ⁊ indifferēs mōſtret̄ potētia triū. Sciēdū eſt ergo: q̄ꝛ nō eſt potētior pater filio: nec filius vel pater ſpūſancto. Nec maiorē potētiā habēt duo vel tres ſimul q̄ꝫ ſingulus eoꝝ: quia nec plus pōt pater ⁊ filius ſimul q̄ꝫ ſolus ſpūſſctūs. Nec hi tres ſimul plus poſſunt q̄ꝫ ſin-

gulus eoꝝ: q2 omnipotentiā quā habet pater ⁊ filius accepit naſcēdo: et ſpūſctūs ꝓcedendo: qđ Aug. rōnibus ⁊ autoritatibꝰ ꝓbabiliter aſtruit in li. cōtra Maximinū qui dicebat patrē meliorē ac potētiorē filio.

A

Unc oſtendere reſtat quō aliq̄ ꝑſonarū ⁊c.]

n In hac diſtinctiōe mgr̄ oñdit eq̄litatē triū ꝑſonarū in potētia diuina q̄ ſubſtantialis eſt. Et diuidit̃ in tres ꝑtes. In quaꝝ p̄ma cōtinēte duo ca. ꝑ auctoritates oſtēdit eq̄les eſſe ꝑſonas. In ſcđa cōtinēte q̄ttuor capl'a cōtra hereticū oſtēdit q̄ttuor modis filiū equalē patri. ⁊ prima ꝓbatio eſt de rōne generatiōis: q2 generās ⁊ genitus ſunt eq̄les ꝑ potentiā nature. Scđa eſt in ſcđo capl'o ꝑ auctoritatē. 16. Joh. Oīa q̄ habet pater mea ſunt. Tertia eſt in tertio ꝑ rōnē ꝙ aliter impotēs aut iuidus fuiſſet. Quarta eſt in q̄rto ꝑ ſil'itudinē hūanā. In tertia ꝑte rñdet obiectis herici in vltima parte diſtinctiōis iſtius ibi. [Sed forte dicis eo ip̄o.

Arti. I

## An potētia ſm omne genus eſſe ſit in deo vel ſm aliqđ genus tm̄.

Ic aūt ante lr̄am incidūt tria dubitabilia quoꝝ

b primū eſt: Si potētia ſm oē genꝰ cauſe ſit in deo vel ſm aliqđ genus tm̄. Scđm eſt vtrū potentia vnius rōnis ſit ad potentiā creandi ⁊ ꝓceſſionis ꝑſonarū. Tertiū ē vtrū ille potētie hn̄t ordinē ſm rōnē intelligētie q̄ illaꝝ ſit p̄us. Uidet̃ aūt ꝙ oīs potētia ſit in deo ꝑ hoc ꝙ oīs potētia nobilitatis eſt: ḡ omē genus potētie debet ſibi attribui. Itē conſtat ꝙ ip̄a eſt efficiēs: ſed tres in vnū coincidūt vt dicit phs: ḡ ip̄e etiā ē formalis ⁊ finalis: ḡ potētia cauſe formalis ⁊ finalis eſt ī ip̄o ⁊ hoc ip̄m cōiter dicit̃. vn̄ etiā v̄ſus dicit̃. Efficiēs cā deꝰ eſt: formal' idea. Finalis bonitas: materialis yle. Itē dicit Apoc. vltimo ꝙ ip̄e eſt alpha ⁊ o p̄ncipiū ⁊ finis. Finis aūt ⁊ forma ſunt idē: ſꝫ de potētia cauſe materialis videt̃ etiā poſſe ꝓbari ſic ⁊ eſt obiectio Alexādri cuiuſdā greci ⁊ Dauid de dināto latini q̄cūqꝫ ſunt ⁊ nullo mō differūt eadē ſunt. deꝰ ⁊ materia p̄ma ſunt ⁊ nullo modo differūt: ergo eadē ſunt. Probatio minoris q2 p̄ma cōſtat ſimplicia oīno nullā habēt differētiā: q2 qđ hꝫ differētiā cōpoſitū eſt: ſed deus ⁊ materia p̄ma ſimplicia ſūt ḡ nullā habēt differētiā: ḡ ſunt idē: ḡ deꝰ eſt potētia material' oīm ſicut efficiēs ⁊ alie cauſe. Itē deꝰ abſtrahit ab oī ente qđ trahit̃ in ꝑtē entis: ſed oē actu ens tractū ⁊ det̃miatū ē ī ꝑtē entis: ḡ abſtrahit ab omni ente actu: ḡ relinquit̃ tm̄ ens in potentia: ḡ ens in potētia eſt primū. Primū aūt eſt ante qđ non eſt aliquid poſſibile intelligere: illud aūt primū ante qđ nihil poſſibile eſt intelligere eſt deꝰ: ḡ ens in potentia ⁊ deus idē ſunt: ens aūt primo in potentia ponit materiā primā: ḡ deus ⁊ materia ſunt idem. Item q̄cq̄d neceſſe eſt p̄ſupponere ante oē fieri ⁊ poſt oē corrūpi ip̄m eſt ſine p̄ncipio ⁊ fine. potentiā materialē neceſſe eſt preſupponere ante omne fieri ⁊ poſt omne corrumpi: ergo ip̄ſum eſt ſine principio ⁊ fine: ergo potētia materialis eſt ſine principio ⁊ ſine fine. Prima patet ꝑ ſe. Scđa ꝓbat̃ ꝑ hoc ꝙ ī omī fieri neceſſe eſt aliquid p̄ſupponere ſubiectum: ⁊ poſt omne corrūpi neceſſe eſt relinq̄re id in qđ corrūpunt̃ q̄ corrūpunt̃ ⁊ h̄ eſt potentia materialis: ḡ eſt ſine p̄ncipio ⁊ fine ⁊ nihil eſt ſine p̄ncipio ⁊ fine niſi deus: ḡ in deo eſt potentia materialis ſicut potētia cauſarū aliaꝝ. Sed cō

Rōnes p̄rie ꝓbantes de cā efficiente formali ⁊ finali.

Rō 2a probās de materiali potētia.

Rō 3a ad idem.

Ultimū argumentū.

Rōnes in

tra phs dicit ꝙ efficiēs nunq̄ꝫ eſt factū: ergo vl'r efficiens nō eſt vniuerſaliter factū: vniuerſal'r efficiēs deꝰ eſt: q2 ip̄e agit q̄cq̄d fit. vl'r aūt factū ē materia: ḡ deꝰ ⁊ materia vel potētia materialis nō ſunt idē. Itē phs primū regit res p̄ter q̄ꝫ ꝙ cōmiſceat̃ cū eis: ſꝫ materia cōmiſcet̃ cū oībꝫ: ḡ materia nō eſt deꝰ nec potentia material' potētia diuīa. Itē nihil eſt adeo imꝑfectū ſicut id qđ ꝑficit̃ oībꝫ aduenientibꝫ ſibi. mat̃ia p̄ma ꝑficit̃ oībꝫ aduenientibꝫ ſibi: ḡ ip̄a eſt īꝑfectiſſima. Itē nihil eſt adeo ꝑfectū ſicut id qđ oībꝫ largit̃ ⁊ nihil recipit. primū efficiens omnibꝫ largit̃ ⁊ nihil recipit: ergo deus eſt maxime ꝑfectꝰ. Inde ſic: ꝑfectiſſimū ⁊ īꝑfectiſſimū maxie diſtāt: deꝰ ē ſūme ꝑfectū materia p̄ma ſūme īꝑfectū ſm naturā: ḡ maxie diſtāt ⁊ drn̄t.

oppom pro veritate p̄a

2a

3a

4a

do. Scðo ⁊ tertio dicit̄ ſuba ꝑ partes diuiſiue iſtius
ſc; prima ⁊ ſecūda ſm ꝙ ṗmā dicimꝰ ab actu ſubſtā/
di ſecūde ⁊ accidēti: ſecūdā aūt ab actu ſubſtādi ⁊ ac/
cidēti qð etiā ſubſiſtere cōuenit ei grā prime in q̄ ha/
bet eſſe / ⁊ nó grā ſuiipſiꝰ: vt pt; cū dicit̄ hó albꝫ: li al/
bus refert̄ ad hoīem gratia ſuppoſiti qð eſt ſuba pri
ma ⁊ nó grā ſignificati qð eſt ſecūda. Quarto mó dr̄
ſuba quid vniuſcuiuſq; p̄dicamēti: ⁊ hāc vocant q̇dā
ſubam logicā / ſicut dicit Ariſ. Si qs cubitali magni
tudine poſita dixerit: qð poſitū eſt bicubitalē magni
tudinē vel q̄ntitatē eſſe q̇d eſt dič ⁊ quātū dič ⁊ q̄ntū
ſignificet: ⁊ ſi albedine poſita dixerit qð poſitū eſt co
lorē eſſe q̇d eſt dicit ⁊ q̄litatē ſignificat. Poſſumus g̈
dicere ꝙ ſuba ſignificet ſubam in cōmuni vl' ꝙ pona
tur ꝓ ypoſtaſi. ſi primo mó dicere volumus tūc dice
mus ꝙ licet ſubam ſignificet / nó tñ ſupponit eā: ſ; ſup
Ad queſtiū ponit ꝓ ypoſtaſi. Ad hoc aūt qð querit q̇d cogat eā
culā tertiā. ſtare ꝓ ypoſtaſi: dðm ꝙ de ſe pōt ſtare ꝓ vtroq;. ſ. ꝓ
natura cōmuni q̄ eſt vt ſecūda: ⁊ ꝓ ypoſtaſi que eſt vt
ṗma ſuba ⁊ ꝑ adiūctū indiuidui ſtabit ꝓ ypoſtaſi: lic;
ſignificet ſubam: ⁊ hoc videt̄ eſſe de intētióe Boe. qꝛ
hoc modo venat̄ diffinitionē. Ad hoc aūt qð vlteri Ad inſtātiā
us obijcit̄ ꝙ ſm hoc eſſentia erit indiuidua: dicendū in ꝯtrariū.
ꝙ nó qꝛ adiectiuū duo facit circa ſubſtātiuū cui adiū
gitur: reſtringit eñ ipm et ponit rē ſuā circa ipm: vt
pt; cū dicit̄ homo albꝫ: dicimꝰ eñ ꝙ homo habet ſi/
gnificatū ⁊ ſuppoſitū: ⁊ nó opꝫ ꝙ adiectiuū ponat
implicationē circa vtrūq;: ſed circa illud cuiꝰ primo
eſt accidēs: ⁊ hoc eſt ſuppoſitū: ⁊ ꝑ cōſequēs nó reſtri
gitur li homo in ſignificato: ſed potius in ſuppoſit;:
ita dico hic ꝙ ſuba ſignificat ſubam in cōi: ⁊ adiecti/
uū reſpicit ipam ſm id cui cōuenit ꝑ ſe diſtinctio que
importat̄ ꝑ li indiuidua: ⁊ iō ponit diſtinctionē ī ſup Et ſic pat;
poſito: ⁊ iō patet etiā quare nó ſupfluit li indiuidua r̄tiū ꝯ q̄ſtiū
nó eñ haberet ſuba quo traheret̄ ad ſubſtādū ꝓ ſup culā ſcðam
poſito incōmunicabili niſi adderet̄ indiuidua. Ad Ad h̄ qð eſt
hoc aūt qð ꝓbatur ꝙ ſubſtātia ð ſe dicat ſuppoſitū ⁊ ꝯ ſol'o; q̇nti
indiuiduū explicet: bene cōcedo ꝙ mihi non videtur
verū: ſicut ꝓbat obiectio. Ad hoc aūt qð obijcit̄ ꝙ Ad ꝓbatō;
multiplicato diffinito ⁊c̃. Rñdeo ꝙ neſcio q̇d ꝓhibe ſcði qð ē ꝯ
at q̇n hoc ſenſu poſſumꝰ dicere tres ſubas indiuidu/ ſcðaꝫ q̄ſtiū/
as rōnalis nature: qꝛ ſuba ſtat ꝓ ſuppoſito: ⁊ hoc be culam
ne cadit ī pluralitatē / eo ꝙ diſtīctio (vt iā habitū eſt)
nó ponit̄ circa eſſentiā q̄ eſt ſube ſignificatū. Si autē
velimꝰ dicere ꝙ ſuba ſignificat ypoſtaſim: vt quidā
mgr̄i dicūt tūc dicemꝰ ꝙ nó ſupfluit additio indiui/
dui: qꝛ licet ypoſtaſis ſit ſuppoſitū diſtīctū / nó tñ ra
tione diſtinctióis importat ī noīe: ⁊ hec rō diſtinctio
nis ſignificat̄ cū dicit̄ indiuidua: ſicut cū dicit̄ deus
pater generat: li deꝰ dicit ſuppoſitū verbi qð impor
tat actū notionalē patris / nec ſupflue addit̄ pat̄: q̇a
dicit rationē qua ſuppoſitū refert̄ ad talē actū q̇ pa/
tris ꝓprietate ſignificat̄ cū dicit̄ deꝰ pat̄. Ad hoc Ad q̄ſtiūcu
qð vlterius querit̄ de li indiuidua ſine p̄iudicio dico lā q̄rtā
ꝙ poſitiue intelligit̄: negatio eñ cōſeq̄ns poſitió; re Ad obiecti
linquit poſitiuū ante ſe. Ad id qð cōtra obijcit̄ di/ onē.
cēdū ꝙ ratióe affirmatóis nó exprimit̄ ſeparatio eiꝰ
a ſuba cōmuni: ſed ratióe negatióis: ⁊ ideo noīatur
a negatióe cū dicit̄ ſuba indiuidua: vt idē ſit qð ſub/ De aliijs
ſtātia cōmunicabilis. Alie autē diffintióes Rich. diffiniti
omnes dant̄ per cōparationē ad id qð indiuiduat ꝑ onibꝫ.
ſonā. ⁊ prima dicit hoc in cōmuni ſm ꝙ cōpetit deo /
angelo ⁊ homī. Secūda autē diuine tm̄. Tertia vi/
detur corrigere diffinitionē Boe. ꝙ melius dicatur
exiſtētia q̄ ſuba. Quarta dicit ſubiectū perſone ⁊ ꝓ/
prietatē in cōi. magiſtroꝝ autē diffinitio dat̄ ꝑ com/
paratione ad mores vel ciuilia iuxta cuiꝰ ſimilitudi/
nē trāſſumit̄ nomē gn̄alit̄ ad īdiuidua rōal' nature.

## An ꝑſona vniuoce ſit in diuis ⁊ ī creaturis. Arti. II

B

Ecūdo q̄ritur vtrū vniuoce ſit in deo ⁊ ī crea
s tura. Videt̄ autē ꝙ nó: qꝛ dicit Richar. ꝙ in Arguit̄ ṗo
deo diſtīguūtur ꝑſone ꝓprietate originis tm̄.
In angelis autē ꝓprietatibꝫ naturalibꝫ nó originis
In hoībus autē vtroq; modo ergo videt̄ ꝙ perſona
in triplici ratióe cōueniat triplici nature rationali.
Itē nihil eſt vniuocū deo ⁊ creature / vt ſupra ſepe 2o
ꝓbatū eſt: perſona cōuenit deo ⁊ creature: ergo non
vniuoce. Sed cōtra videt̄ ꝙ vniuoce: nihil eñ ꝓ/ 3o
hibet quātūcūq; diſtātia eadē ratióe cōmuni partici
pare negatione vt deū ⁊ lapidē non ambulare: ſ; ꝑ/
fectiuū perſone cōſiſtit in negatióe: ſc; indiuiduū qð
vltimū eſt: ⁊ perſone cōpletiuū: ergo videt̄ ꝙ vniuo/
ce cōueniat. Ulteriꝰ ſi ꝯcedat̄ ꝙ cōueniat per priꝰ q̄ſtiūcula.

ꝛ poſteri⁹: querit̃ cui cõueniat ꝑ pri⁹: videt̃ ꝙ pri⁹ cõ
ueniat creature: q2 in illa oĩa ſm ꝓprietatẽ inueniũt̃
que ponunt̃ in diffinitiõe pſone: ſed nõ eſt ſic in deo
Solõ qui oĩo ſimplex eſt: ergo per pri⁹ cõuenit hoĩ. So
lutio dico ſine p̃iudicio ꝙ cõuenit ꝑ pri⁹ ꝛ poſteri⁹ ꝛ
res q̇dẽ ꝑ pri⁹ eſt in deo q̃ȝ in inferiorib⁊: ſm vſum au
Ad primũ. tẽ noĩs per pri⁹ eſt in inferiorib⁊. Ad primũ ḡ dicẽ
dũ ꝙ pſona in quã abſtrahit ab hoc ꝛ illo mõ ad di
ſtinctionẽ pſone diuĩe ſub natura eadẽ remanẽte re
fertur diſtinctio pſonalis ĩ inferiorib⁊: q2 ſicut dictũ
eſt ſupra ꝙ diſtincti ſunt vnũ in natura vel diuerſi
in natura nihil facit hoc ad rõnẽ pſone: ſed tm̃ exiſte
re ſolũ ꝑ ſe ſm modũ rõnalis nature: ꝛ iõ verius eſt
pſona in diuinis vbi nõ diuidit̃ ab alia: ſȝ diſtingui
A ſecundũ. tur q̃ȝ in inferiorib⁊. Ad aliud dicẽdũ ꝙ h̃ verũ eſt
Ad tertiũ ꝙ nihil eſt oĩo vniuocũ nec etiã eſt ſimpl'r equocũ id
qȯ inuenit̃ in creatura ꝛ in creatore. Ad aliud di
cendũ ꝙ li indiuidua nõ eſt ſimpl'r negatio/ ſicut nõ
ambulare in deo ꝛ in lapide: ꝛ iõ nõ eſt ſil'e: ꝛ tñ q̇dã
ad q̃ſtiũcl'ã ꝯcedũt ꝯcluſionẽ ꝓpt̃ argumẽtũ. Ad id qȯ vlteri⁹
querit̃ patet ſolutio per ante dicta.

## Opinio quorundã qui putant eſſentiã ſignificari nomĩe perſone cum dicimus tres perſonas.

Quibuſdã videt̃ ꝙ noĩe perſone ſignificetur
eẽntia: cũ dicit̃ tres perſone: Propterea q2
Aug⁹ dicit ideo dici tres pſonas: q2 cõmune
eſt eis id qȯ eſt pſona: vt ſit talis intelligen
a tia: pater ꝛ filius ꝛ ſpũſſanctus ſunt tres pſo
ne. i. ſunt tres id habẽtes cõmune qȯ eſt pſo
na. i. tres ſunt quorũ quiſq; eſt perſona. i. eſ
ſentia. Sed quõ iuxta hanc intelligentiã di
cetur: alia eſt pſona patris: alia filij. Et hoc
etiã ita volunt intelligere. ſ. ali⁹ eſt pr̃: ꝛ ali⁹
eſt fili⁹: id tñ cõe habẽtes qȯ eſt pſona. Et h̊
cõfirmãt auctoritate Aug. q̇ in. vij. de trini.
ait: Tres autẽ pſonas eiuſdẽ eſſentie vl' tres
pſonas vnã eſſentiã dicim⁹. Tres aũt perſo
nas ex eadẽ eſſentia nõ dicim⁹: q̃ſi aliud ibi
ſit qȯ eſſentia eſt: aliud qȯ pſona eſt. Hac au
ctoritate ꝛ p̃miſſis conant̃ aſſerere in p̃dict'
locutõib⁹ nomẽ pſone eẽntiã ſignificare. Sȝ
quid reſpõdebũt ad id qȯ ipſe Aug⁹ in lib.
de fide ad petrũ dicit. ſ. ꝙ ali⁹ eſt pater in pſo
na ſiue pſonaliter: ali⁹ pſonaliter fili⁹: ali⁹ p
ſonaliter ſpũſſanctus? Quõ eñ ali⁹ pſonalit̃
pater: ali⁹ pſonaliter fili⁹: ali⁹ pſonaliter ſpi
ritusſanct⁹: ſi in eſſe pſonã oĩno ꝯueniũt. i. ſi
pſona eẽntie tm̃ intelligẽtiã facit? Ideo nob
videt̃ aliter hoc poſſe dici cõgruẽti⁹ iuxta ca
tholicorũ doctorꝫ auctoritates.

E Einde querit̃ de hoc qȯ dicit in. iiij. ca. prime
d partis ibi [Pater ꝛ fili⁹ ꝛ ſpũſſanctus ſunt
tres pſone. i. ſunt tres id habẽtes cõe qȯ eſt p
ſona ꝛc̃ [. ſ̃. a. Iſti dicebãt ꝙ pſona nõ ſignificat niſi
eẽntiã ꝛ ſupponit eãdẽ ꝛ cõnotat diſtinctionẽ qñq;
vnã qñq; plures: vnã ſicut cũ dicit̃ pater eſt pſona. i.
per ſe vnũ: ibi eñ per li vnũ ſupponit̃ ꝛ ſignificatur
eſſentia: ꝛ ꝑ li ꝑ ſe cõnotat̃ diſtinctio: pl'es aũt diſtin
ctiões: vt cũ dicit̃: pr̃ ꝛ fili⁹ ſunt pſone. i. vnũ ſunt/ ꝛ
adinuicẽ diſtincti. Sed videt̃ ꝙ ex iſta opiniõe ſeq̃t̃
hereſis ſic: hec pſona eſt pater hic ſm iſtos nõ fit de
mõſtratio niſi eſſentie: ꝛ eẽntia pr̃is eſt eſſentia filij:
ergo pſona patris eſt pſona filij qȯ falſum eſt ꝛ here
ſis: ꝛ iõ huic opinioni nõ eſt adherẽdũ: ſed ſm ſup̃ di
cta dicendũ ꝙ perſona ſignificat ſuabſtãtiã ſuppoſi
tã cũ ꝓprietate vt dicit Dyoñ.

## Qȯ hoc nomẽ pſona tripliciter in trinitate accipit̃: ꝛ hec eſt vtilis et catholica doctrina de perſona ꝛ perſonis.

Sciendũ eſt igit̃ ꝙ hoc nomẽ pſona multipli
cẽ intelligẽtiã facit: nõ vnã tm̃. Et vt Hyla.
ait in lib. iiij. de tri. Intelligẽtia dictorũ ex
cauſis eſt aſſumẽda dicẽdi: q2 nõ ſermõi res
ſed rei ſermo ſubiect⁹ eſt. Diſcernẽtes ḡ dicẽ
di cauſas hui⁹ noĩs. ſ. pſona ſignificationẽ di
ſtiguim⁹ dicẽtes ꝙ hoc nomẽ. ſ. pſona ꝓprie
ſm ſubam dr̃ ꝛ eſſentiã ſignificat ſicut ſupra
oñdit Aug⁹ cũ dr̃: de⁹ eſt pſona: pr̃ eſt pſona.
Quadã tñ neceſſitate (vt ſupra dixit Aug⁹)
trãſlatũ eſt hoc nomen: vt pluraliter diceret̃
tres pſone cũ quereret̃: q̇d tres vel q̇d tria:
vbi nõ ſignificat eſſentiã. i. naturã diuinã q̃
cõis eſt trib⁹ pſonis: ſȝ ſubſiſtẽtias vl' ypoſta
ſes ſm grecos Greci q̇ppe vt ſupra dixit Au
gu. al'r accipiũt ſubam. i. ypoſtaſim alit̃ nos
Nos eñ ſubam dicim⁹ eſſentiã ſiue naturã.
Perſonas autẽ dicim⁹ ſicut illi dicũt ſubas
id eſt ypoſtaſes. Si ergo nos ita accipim⁹ p
ſonas: vt illi accipiunt ſubas vel ypoſtaſes.
At illi aliter accipiunt ypoſtaſes q̃ȝ nos ſub
ſtãtiã: alit̃ ergo nos accipim⁹ pſonas q̃ȝ ſub
ſtantiã. Cũ ergo dicim⁹ tres pſonas: nõ ibi p
ſone noĩe eẽntiã ſignificam⁹. Quid ergo di
cimus? Dicim⁹ q2 tres pſone ſũt. i. tres ſube:
ſcȝ tres entes ꝑ q̊ greci dicũt tres ypoſtaſes. a

Einde accipe ſecũdã partẽ diſtinctiõis q̃ inci D
d pit ibi [Sciendũ eſt ergo ꝙ hoc nomen ꝛc̃.]
Hec eñ pars diuidit̃ in tres. In quaꝝ p̃ma
tãgit mgr̃ ſignificatũ hui⁹ noĩs pſona ſm ſuã opinio
nẽ. In ſecũda aũt expoſitiones auctatũ in quib⁊ po
nunt̃ dictiões numerales vel diſtictionem notãtes
cũ hoc noĩe pſona ſm iſtã opinionẽ ibi [Nũc inſpicia
mus vtrũ ſm eandẽ rõnem.] In tertia ꝓbat ꝙ pſo
na in diuinis facit triplicẽ intelligẽtiã ibi [Ex predi
ctis colligit̃ ꝛc̃.] In prima harũ ſunt q̃ttuor capl'a.
In q̊ꝝ prĩo ponit opinionẽ ꝙ ſignificat ſubaȝ ꝛ ypo
ſtaſim. In ſecũdo adhibet ꝓbationẽ ibi [Et h̃ ſenſus
adiuuat̃. In tertio reſpondet q̃ſtiõi hereticoꝝ facte ꝑ
q̇d res: ſm opinionẽ illã ibi [Ad h̃ aũt qȯ illi dicũt.
In quarto excuſat qȯ dixerat: tres res ibi [Nõ autẽ

te moueat ⁊c̃.

Arti. III. **An in diuinis ſit alia cõmunitas ꝗ̃ nature ſiue eſſentie diuine.**

Accidit autẽ hic dubiũ de hoc qđ dicit in p̄rio
i ca. ibi [Tres ꝑſonas vbi nõ ſignificat eēntiã
id eſt naturã diuinã q̃ cõis eſt trib⁹ ꝑſonis: ſꝫ
Arg. pº ſicc ſubſiſtẽtias. Hoc ei vꝫ falſũ: nõ eīn eſt cõitas ĩ diuĩs
niſi nature: ꝑſona aũt eſt cõis ꝗ̃ ſcat naturã. Ꝑ ꝑ-
ſona eſt cõis / ⁊ natura eſt cõis / aut eadẽ cõitate / aut
alia: nõ alia: q2 nihil aliud ĩ diuinis cõe eſt trib⁹ ꝗ̃ ea
Solᷣo dẽ: ꝗ̃ ſignificat eēntiã. Si forte dicas ꝙ eſt cõe re / ⁊
Obiectio eſt cõe rõne / ⁊ ꝑſona eſt cõe rõne / ⁊ eēntia re. Contra
aut illi rõi aliqđ ſubeſt / aut nihil. Si nihil tũc eſt caſ-
ſa ⁊ vana. Si aliquid / aut illud eſt natura / aut aliđ
Queſtiũcu ⁊ inde ꝓcedat̃ vt p̄ri⁹. Ꝑ mgr̃ videt̃ ĩnuere ꝙ ꝑſõ
la đ opinio na ſignificat in plurali aliud / ⁊ aliud in ſingulari: ⁊
ne mgr̃i. hoc eſt impoſſibile: q2 plurale nõ niſi geminat ſuũ ſin
Solᷣo gulare / ⁊ nõ variat ſignificatũ. Solᷣo dõm ſm ſu
p̄ra dicta ꝙ nulla eſt cõitas in diuinis niſi eēntie: ſed
ex illa ſignificant̃ multe ex cõſeq̃nti: ſicut diſtinguẽ-
do ſup̄. xxiiij. diſtin. notatũ eſt: ⁊ bñ cõcedo ꝙ ille cõi-
Ad obie- tates ſeq̃ntes ſint cõitates rõnis. Ad illud aũt qđ
ctũ p̄mũ cõtra obijcit̃ dõm ꝙ rõni rñdet aliqđ in re: q2 realit̃
ſignificat̃: cũ dĩ tres ꝑſone ſunt vn⁹ de⁹: alit̃ eīn dĩ
cõitas ſube ꝑ li de⁹: ⁊ alit̃ ꝑ li ſunt: ⁊ alit̃ ꝑ li iſti vl ꝑ-
ſone: ⁊ licet ſit vna cõitas nature in oĩb⁹ impoꝛtata:
nõ tñ ſub eodẽ mõ ſignificãdi: q2 ĩ li ꝑſone impoꝛtat̃
vt in ſuppoſitis: ⁊ ĩ li ſunt in habitudĩe ſuppoſiti ad
naturã / ⁊ in li de⁹: vt in cõi natura ſm rẽ: ⁊ hoc de-
terminatũ eſt ſup̄: ⁊ iõ in vno cadit pluralitas / ĩ alio
Ad id qđ ẽ nõ. Ad id qđ querit̃ de opiniõe mgr̃i dõm ꝙ ipſe
de opiniõe nõ eſt illi⁹ opiniõis: ſꝫ poti⁹ ꝙ ꝑſona ſignificet ſubaꝫ
magiſtri ſubiectã: ſicut ſup̄ ꝓbauit: ſed intẽdit ꝙ licet ſignifi-
cet eã: nõ tñ ſupponit eã / eo ꝙ in intellectu ſuo clau-
dat incõicabile ĩpoꝛtatũ ꝑ li indiuiduũ qđ cadit ĩ ei⁹
diffinitiõe: ⁊ illud ponit circa ſuppoſitũ ⁊ nõ circa ſi
gnificatũ: vt dictũ eſt in q̃ſtiõe de diffinitiõe ꝑſone: ⁊
iõ intẽdit dicere ꝙ in plurali nũerũ ponit circa ſup-
poſitũ / ⁊ nõ circa ſignificatũ: ſuppoſitũ eīn ſuũ ſigni
ficat̃ ꝑ ſubſiſtẽtiã vel ypoſtaſes / ſicut dictũ eſt ſup̄ in
q̃ſtiõe de q̃ttuoꝛ nominib⁹.

Arti. IIII. **An in diuinis p̄t admitti ꝙ ſint tres entes.**

E Einde q̃rit̃ de hoc qđ dicit [Tres entes ⁊c̃.]
d s̃.a. Dicit eīn Anſel. in monolo. ꝙ eēntia eẽ ⁊
ens differũt / ſicut lux ⁊ lucere ⁊ lucẽs: ꝗ̃ ens
nõ eſt niſi eēntia ens: ſed tres ſunt vna eēntia: ꝗ̃ ſunt
Solᷣo vnũ: nõ ergo tres entes. Solᷣo entes p̄t teneri ꝑti
cipialit̃: ⁊ ſic ꝯcedit̃ tres entes: hoc eſt tres q̃ ſunt: q2
ſic in ſe claudit rẽ ſui verbi cũ h̃ noĩe q̃: ⁊ ſic intelligit
mgr̃. Si aũt noĩalit̃ ſumeret̃ / tũc haberet calũniã.
Sed tũc adhuc dõm eſt ꝙ põt ſumi ſm modũ ſignifi
cãdi: q2 dicit cõcretiue: ⁊ tũc refert̃ iterũ ad ꝑſonas:
ita. ſ. ꝙ li tres ſit ſubſtãtiuũ: ⁊ li entes ſit adiectiuũ.
Si aũt ſumat̃ abſolute ꝓ eēntia ⁊ ſit ſbſtãtiuũ / falſa
erit locutio: licet q̃dã dicat ꝙ ens gñale eſt / ⁊ p̄t refer
ri ad ꝑſonã / ⁊ ad naturã equalit̃: ⁊ tũc nõ erit eadem
rõ de oĩpotẽtes vel eterni vel alio: ſꝫ tñ ars dirigẽdi
ſe in talib⁹ locutiõib⁹ notata eſt ſupꝛa di. viij.

## Oſtendit verba Auguſtini conuenire huic ſententie.

Et hic ſenſus adiuuat̃ ex verbis Aug. p̄miſ-
ſis ſi interi⁹ intelligãt̃. Quia eīn p̄r eſt ꝑſona
id eſt eēntia: ⁊ fili⁹ eſt ꝑſona: ⁊ ſpũſſctũs ꝑſo-
na: iõ dicũt̃ tres ꝑſone. i. tres ſubſiſtẽtie tres
entes. Nõ eīn pñt dici tres ſubſiſtẽtie vl en-
tes: niſi ſingulus eoꝝ eēt ꝑſona. i. eēntia. Qr
ergo eis cõe eſt id qđ eſt ꝑſona. i. eēntia: iõ re
cte dicũt̃ tres ꝑſone. i. ſubſiſtẽtie vel ſubſiſtẽ
tes: vt ſicut eſſentia q̃ eis eſt cõis: vere ac ꝓ-
p̄rie eſt: ita illi tres vere ac ꝓp̄rie ſubſiſtẽtie
vel entes intelligant̃. Iõq3 Aug⁹ cauſas di-
ctoꝛũ diſcernẽs: dicit tres ꝑſonas eſſe vnam a
eēntiã vel eiuſdẽ eēntie. Nõ ex eaſtẽ eēntia
ne aliud intelligat̃ ibi eẽ ꝑſona aliud eēntia
tres eīn ꝑſone. i. ſubſiſtẽtie vna ſunt eēntia ⁊
vni⁹ eēntie: nõ aũt ſunt vna ꝑſona vel vnius
ꝑſone: licet ꝑſona ſm ſubãm dicat̃ aliqñ: nã
ſi hoc diceret̃: cõfuſio fieret ĩ ꝑſonis.

Arti. V. F **Quare bene dꝛ eiuſdẽ eſſentie ⁊ nõ eiuſdẽ dei q̃re q̃libet ꝑſona ⁊ nõ q̃libet de⁹ ⁊ cur nõ põt dici tres perſone ex eadẽ eſſentia.**

Einde q̃rit̃ de hoc qđ dicit in. ij. ca. [Tres ꝑ- Primũ.
d ſonas vnã eſſentiã vel eiuſdẽ eēntie: nõ ex ea
dẽ eſſentia ⁊c̃.]. s̃.a. Querit̃ eīn rõ huius ſi- Scđm.
milit̃ q̃re dicim⁹ eiuſdẽ eſſentie: ⁊ nõ eiuſdẽ dei eſſe
tres ꝑſonas: cũ idẽ dicat li dei ⁊ eēntia. Itẽ bñ dici Tertiũ.
mus: q̃libet ꝑſona / licet ꝑſona ſignificet ſubãm: non
tñ dicit̃ q̃libet de⁹: ⁊ querit̃ rõ hui⁹. Solᷣo dõm Solutio
ꝙ cũ dĩ ex eadẽ eēntia: ꝓpoſitio impoꝛtat cãm ⁊ p̄ci- ad p̄rimũ.
pue materialẽ / ⁊ cũ eēntia nõ ſic ſe habeat ad ꝑſonas
iõ nõ recipit̃ illa. Ad aliud dõm ꝙ eēntia ſignificat Ad ſecũdũ.
naturã ꝑ modũ foꝛme: ⁊ iõ licet ſit idẽ ĩ re cũ ꝑſonis
tñ differt in modo intelligẽdi ſicut q̃s eſt a quo eſt: ⁊
iſta diuerſitas in mõ ſignificandi impoꝛtat̃ in obliq̃
cũ dicit̃ tres ꝑſone vni⁹ eēntie: de⁹ aũt nõ dĩc vt quo
eſt: ſed poti⁹ deitatẽ noĩat in eo q̃ hꝫ eã: ⁊ iõ dicit: vt
q̃s eſt in cõi: ⁊ iõ nõ talis diuerſitas in noĩe in mõ ſi
gnificãdi ĩpoꝛtat̃. Ad aliud dõm ꝙ ꝑſona dĩc ſup Ad tertiũ.
poſitũ ⁊ illud plurificat̃ in diuinis: ⁊ iõ dictio diſtri
butiua inuenit ibi materiã ſue diſtributiõis: de⁹ au
tẽ noĩat ſubãm ꝯcretiue ⁊ nõ ſuppoſitũ / niſi forte ex
adiũcto termino notiõali: ⁊ ideo nõ ſinit ſibi ꝯiungi
ſignũ diſtributiuũ.

## Obiectioni illoꝛũ hic reſpõdet qua nitũtur ꝓbare ꝑſonas ſm eēntiã accipi: q2 reſpõdemus querentibus quid tres: vel quid tria.

Ad hoc aũt qđ illi dicũt: cũ q̃rit̃ q̃d tres vel
tria de eēntia q̃rit̃: q2 nõ inuenit̃ q̃d illi tres
ſint niſi eēntia: ꝑ hoc volẽtes nos ĩducere vt
noĩe ꝑſone eſſentiã intelligam⁹: cũ reſpõde-
mus tres ꝑſonas. Ita dicim⁹: Indubitabili-
ter verũ eſt: q2 non inuenit̃ vnũ aliq̃d qđ illi
tres ſint niſi eēntia. Unũ eīn ſunt illi tres. i.
eēntia diuina: vñ veritas ait: Ego ⁊ p̄r vnũ Joh. 10.
ſum⁹. Uerũtñ cũ q̃rit̃: q̃d tres vel q̃d tria:
nõ đ eēntia q̃rit̃: nec ibi q̃d ad eſſentiã refert̃
Sed cũ fides catholica tres eſſe ꝓfiteret̃: ſic

1.Joh.5. Johānes ī epl'a canonica ait: Tres ſunt q̄ teſtimoniū ꝑhibēt ī celo: q̄rebat̄ q̄d illi tres eſſent. i. an eſſent tres res ⁊ q̄ tres res: ⁊ q̄ noīe ille tres res ſignificarent̄. Et iō loquendi neceſſitate inuētū eſt hoc nomē perſona ad reſpondendū: ⁊ dictū eſt tres perſone.

Arti. VI. Querit̄ de hac qōne. q̄d tria ⁊ q̄d tres res.

B d Einde querit̄ de. iiij. ca ibi [Ad hoc aūt qđ illi dicūt. Uidet̄ em̄ ꝙ nihil q̄rebat̄ niſi eſſentia: q2 ypoſtaſes certe ſupponebāt̄ cū ſuis ꝓprietatib9 in ꝟbo Jobis cū dicebat: Pat̄ ꝟbū ⁊ ſpūſſanctus: ḡ de illis nō querebat̄: cū igit̄ nihil ampli9 ſit in ꝑſonis niſi eēntia: videt̄ ꝙ eēntia q̄rebat̄. Sed cōtra hec etiā certa ſupponebat̄ in ꝟbo Jobis cū dixit: ⁊ hi tres vnū ſunt: ergo videt̄ ꝙ nihil poterat q̄ri: ⁊ ſic q̄ſtio inutilis fuit.

Sol'o Sol'o ſine p̄iudicio dico ꝙ q̄ſtio q̄ſi inutilis fuit q2 tota fides exprimebat̄ in ꝟbo Jobis vt ꝓbat obiectio. Tn̄ notādū ꝙ li q̄d qn̄q3 q̄rit diffinitionē vel ꝑtē diffinitiōis: ⁊ qn̄q3 q̄rit ꝑtem ſubiectiuā nature vel eēntie cōis: vt cū dr̄ q̄d eſt hō: rn̄det̄ aīal rōnale vel aīal. vel cū q̄rit̄ q̄d natat ī mari: rn̄det̄ piſcis. Primo em̄ mō reddit̄ eēntia: ⁊ ſcđo pars ſubiectiua: ⁊ hoc mō poterat q̄rere q̄d ſubiectiue eēnt tres. i. ꝙ rn̄deret̄ aliqđ ſb̄ſtātiuū qđ diceret̄ in cōi de eis: inq̄ntū pl'es ſunt: ⁊ q2 ꝑſona ſignificat ſubam ſubiectā: vt ſup̄ paruit ex ꝟbis Boet. iō fideles admiſerūt qōnē ⁊ rn̄derūt ꝙ eēnt tres ꝑſone.

## Quid tres res ⁊ q̄d vna res h̄ dr̄

Nō aūt te moueat ꝙ diximus tres res. Non em̄ hoc dicētes diuerſarū rerū numeꝝ ponimus in trinitate: ſ3 ita tres res dicim9 vt eaſdē eſſe vnā quādā ſūmā rē cōfiteamur. vnde Aug9 in. i. lib. de doc. xp̄i. ſic ait: Res q̄bus fruēdū eſt nos beatos faciūt: res ergo q̄bus fruēdū eſt ſunt pr̄ ⁊ fili9 ⁊ ſpūſſctſſ. Eadēq3 trinitas vna q̄dā ſūma res eſt: cōiſq3 fruētib9 ea: ſi tn̄ res: ⁊ nō rerū oīm cauſa ſit. Nō enim facile pōt inueniri nomē qđ tante excellētie cōueniat: niſi ꝙ meli9 dr̄ trinitas hec vn9 de9. Sicut ergo tres res dicunt̄: ⁊ he ſunt vna res ita tres ſubſiſtētie dicunt̄: ⁊ he ſunt vna eēntia. Ecce oſtēſum eſt que ſit intelligētia hui9 noīs ꝑſona cū dicim9 tres ꝑſonas.

Arti. VII. An poſſumus cōcedere tres eē ſubas: vel tres ypoſtaſes: ſicut tres ꝑſonas.

d Einde q̄rit̄ đ. iiij. ca. vbi dicit [Nō aūt te moueat ꝙ dixim9 tres res ⁊c.] Dicit em̄ Dam. ꝙ tres ꝑſone re cōueniūt ⁊ rōne diſtinguunt̄ ⁊ in inferiorib9 ecōuerſo eſt in q̄b9 rōne cōſiderat̄ qđ vnū eſt: re aūt qđ eſt diuiſum.

Solutio Sol'o hoc ſupra in p̄ria diſt. eſt ſolutū: nō em̄ vult dicere ꝙ ſola rōe diſtinguant̄ ꝑſone: ſed rōnē vocat relationē/eo ꝙ in ratiōe cōꝑatōis cuiuſdā cōſiſtit natura relatōis nec intēdit ꝙ natura inferioꝝ tm̄ ſit rōe vna: ſed ꝙ ſm q̄d eſt vna re ⁊ ſimpl'r pluralitas q̄dā: q2 ſm eē nature. ideo dicit ꝙ vnū eſt rōne.

## Ex quo ſenſu dicat̄ alia eſt ꝑſona patris: alia filij: alia ſpūſſancti.

Nūc inſpiciam9 vtrū ſm eandē rōnē ⁊ cauſam dicat̄: alia eſt ꝑſona patris: alia filij: alia ſpūſſancti: qđ vtiq3 ſane intelligi p̄t: vt ſit ſenſus talis: Alia eſt ſubſiſtētia vel ypoſtaſis patris: alia ſubſiſtētia filij: alia ſubſiſtētia ſpiritusſancti. Et alia ſubſiſtētia pater: alia fili9: alia ſpiritusſanctus.

## Quō hec intelligantur: alius in perſona pater: alius filius: ali9 ſpiritusſanctus.

Deinde querit̄ vtrū ſm eandē rōnē accipiat̄ cū dicit̄: Alius eſt pater in ꝑſona: ali9 in ꝑſona filius: ali9 in ꝑſona ſpūſſctūs: ſiue ali9 ꝑſonaliter pater: ali9 ꝑſonaliter filius: ali9 ꝑſonaliter ſpūſſctūs: Ad qđ dicimus q2 ⁊ ſi poſſit eodē mō accipi: cōgruentius tn̄ ex rōne dicti alia variat̄ intelligētia: vt hic ꝑſone noīe ꝓprietas ꝑſone intelligat̄ vt ſit ſenſus tal': Alius eſt in ꝑſona vel ꝑſonaliter pater. i. ꝓprietate ſua pater ali9 eſt q̄3 filius: ⁊ filius ꝓprietate ſua alius q̄3 pr̄. Paternali em̄ ꝓprietate diſtinguitur ypoſtaſis pr̄is ab ypoſtaſi filij: ⁊ ypoſtaſis filij filiali ꝓprietate diſcernit̄ a patre: ⁊ ſpūſſanctus ab vtroq3 ꝓceſſibili ꝓprietate diſtinguitur.

b Nunc inſpiciam9 ⁊c.] Hec ſecūda ꝑs diuidit̄ in tria capl'a. Jn p̄rio oñdit q̄liter dr̄: alia eſt ꝑſona pr̄is: alia filij ⁊c. Jn ſcđo oſtēdit q̄liter dicat̄ alius eſt pr̄ in ꝑſona ibi [Deinde q̄rit̄ ⁊c.] Jn tertio explanat q̄liter dicat̄ alia ē ꝑſona pr̄is aliter q̄3 fecerat in p̄rio ca. ibi [Hoc etiā mō ſane ⁊c.] Jncidit aūt hic q̄ſtio vtꝝ poſſim9 dicere: tres ſunt ſube vl' tres ypoſtaſes: ſicut dicim9: tres ꝑſonas: ⁊ videt̄ ꝙ nō: q2 ſuba ſignificat naturā ⁊ ypoſtaſis eſt idē. Jtē vna eſt ſuba triū: ḡ nō tres.

Sol'o ad h̄ leue eſt rn̄dere ſm p̄determinata: q2 ſuba ꝓpt̄ ambiguitatē nominis apud latinos nō recipit̄ ī pl'i: apud grecos autē videtur ypoſtaſis eſſe loco ꝑſone: ⁊ iō dicūtur tres ypoſtaſes: ⁊ ſi qn̄q3 inueniat̄ ſicut ab Aug. ⁊ Anſel. tres ſube ſumit̄ ſuba ab actu ſubſtādi ⁊ ꝓ ypoſtaſi. Solo.

## Qđ ſm hūc modū etiā in p̄dictis locutionibus pōt accipi.

Hoc etiā mō ſane pōt accipi ꝑſona ī p̄miſſis locutiōib9 cū dr̄: alia eſt ꝑſona pr̄is: alia filij: id eſt alia eſt ꝓprietas q̄ pr̄ eſt pr̄: alia q̄ fili9 eſt fili9: alia q̄ ſpūſſctūs ē ſpūſſctūs. Jta etiā nomine ꝑſone q̄dā ꝓprietates ītelligere volūt cū dicūt̄ tres ꝑſone: ſ; meli9 ē vt ſubſiſtētias vl' ypoſtaſes intelligam9 cū dicim9 tres ꝑſonas. Ex p̄dictis colligit̄ ꝙ nomē ꝑſone ī trinitate triplicē tenet rōnē. Eſt ei vbi fac intelligētiā eēntie: ⁊ eſt vbi facit intelligētiā ypoſtaſis: ⁊ eſt vbi facit intelligētiā ꝓprietatis. a

Eīnde nota circa vltimā ptē diſtinctōis q̄ in-
d cipit [Ex p̄dictis colligit̄ ꝛc.]. §. a. Tres ac
ceptiōes pſone ſic accipi ꝙ pſona ſcat ſubam
ſubiectā cū ꝓprietate: ꝛ iō gr̄a ſcati accipit̄ p̄ria ſigni
ficatio ei⁹ q̄ eſt eſſentia. gr̄a ſuppoſiti vl̄ ſubiecti acci
pit̄ ſecūda q̄ eſt ypoſtaſis. gr̄a ꝓprietatis tertia.

## Auctoritatibus ſanctorū oſtendit quod dixit.

Qḋ aūt ſm ſubam dicat̄ ꝛ eēntiā aliqñ ſignificat: ſupra ex dictis Aug. apte oñdim⁹. Qḋ vo ꝓ ypoſtaſi atq̄ ꝓprietate accipiat̄: ex auctoritatib⁹ ſctōꝝ oñdi oportet: ne cōiecturis nr̄is aliqḋ auſi dicere videamur. De h̄ Hiero. in expoſitōe fidei catholice ad Alippiū ꝛ
a Augu. epōs ita ait: Nō eſt ꝓrſus aliq̄s ī trinitate grad⁹ nihilq̄ qḋ inferius ſupiuſue dici poſſit: ſꝫ tota diuinitas ſui pfectiōe eq̄lis eſt: vt exceptis vocabul̄ q̄ ꝓprietatē indicāt pſonaꝝ q̄cq̄d de vna pſona dr̄ de trib⁹ poſſit digniſſime intelligi: atq̄ vt ꝯfutātes Arriū vnā eādēq̄ trinitatis dicim⁹ eē eēntiā vl̄ ſubſtātiā: et deū vnū ī trib⁹ pſonis fatemur: ita etiā impietatē Sabellij declinātes: tres pſonas exp̄ſſas ſub proprietate diſtinguim⁹ nō ip̄m ſibi p̄rem: nō ip̄m ſibi filium: nō ip̄m ſibi ſpm̄ſctm̄ eē dicētes: ſed aliā p̄ris: aliam filij: aliā ſpūſſcti eē pſonā. Nō em̄ noīa tm̄mō: ſꝫ etiā noīm proprietates .i. pſonas: vel vt greci exprimūt ypoſtaſes .i. ſubſiſtētias cōfitemur. Nec p̄r filij vel ſpūſſcti pſonā aliqñ excludit: nec fili⁹ vel ſpūſſctūs p̄ris nomē pſonāq̄ recipit: ſed p̄r ſp p̄r: ꝛ fili⁹ ſp fili⁹: ꝛ ſpūſſanct⁹ ſp ſpūſſctūs. Itaq̄ ſuba vnū ſunt: ſed pſonis ac noīb⁹ diſtinguūt̄. Ecce hic apte dicit Hiero. proprietates eē pſonas: ꝛ pſonas eſſe ſubſiſtētias. Vñ māifeſtū fit qḋ dixim⁹ ſcꝫ pſone noīe ſignificari ꝛ ypoſtaſim ꝛ proprietatē. Iohā. etiā Damaſ. pſonas dicit eē ypoſtaſes ꝛ eas dicit entes: ita inquiens: In deitate vnā naturā cōfitemur ꝛ tres ypoſtaſes ſm veritatē entes .i. perſonas.

Eīnde querit̄ de hoc qḋ dicit [Nō eſt ꝓrſus
d aliq̄s in trinitate gd⁹]. a. Hoc em̄ videt̄ fal
ſum: q2 ſupra di. xx. dictū eſt ꝙ ordo eſt in di-
Di. XXVI uinis: q̄ grad⁹: ꝛ dōm ꝙ nō ſeq̄t̄: q2 gd⁹ dic̄ diſtātiā
de his q̄ pro p inferi⁹ ꝛ ſupi⁹: ordo aūt nature nō ponit q̄ alt̄ p̄or
prie ꝛ eter- altero: ſed q̄ alt̄ ſit ex altero: ꝛ caue ne ꝯcedas in tri-
liter dicunt̄ nitate eē grad⁹: q2 hoc q̄dam cōcedūt ponētes extra-
ḋ deo ſm re neā ſignificationē.
latiōeꝫ ſiue
ꝓprietatē p
ſonaleꝫ ſm
ꝙ ip̄is pſo-
nis aſſignā
tur.

## De ꝓprietatibus pſonarū: ſed prius de hoc noīe ypoſtaſis.

Hunc de propetatib⁹ pſonarū quas frequēter in hoc tractatu cōmemorauimus: aliquid loqui nos oportet. Sed primū audiamus quid de hoc nomine ypoſtaſis Hiero. dicit: Ait enim ſub hoc nomine venenū latere: ſed hoc dicit ſm ꝙ heretici vtebantur vt ſimplices ſeducerēt ſcꝫ pro perſona ꝛ pro eſſentia. vt ſiue dicerēt vna tm̄ ypoſtaſis: ſiue tres: min⁹ peritos ad incōueniens deducerent: cū nō erat hoc nomen ita apud catholicos vulgatū: nec ita ei⁹ ſignificatio determiata vt modo. Et iō Hieronymus dicit hoc nomine non vtendū fore ſine diſtinctione vel expoſitiōe: tūc ſcꝫ quādo cum hereticis cōtendebatur: ita ſcribens de fide catholica ad Damaſum papam. Ab arrianorū preſule ypoſtaſion nouellū nomē a me homīe romano exigitur. Interrogam⁹ quid tres ypoſtaſes arbitrentur intelligi? Tres perſonas ſubſiſtētes aiunt. Reſpōdemus nos ita credere. Nō ſufficit eis ſenſus. Ipſum nomē efflagitant: quia neſcio q̄d veneni in ſyllabis latet. Clamamus: Si q̄s tres ypoſtaſes: id eſt tres ſubſiſtētes pſonas non confitetur: anathema ſit. Si quis autē ypoſtaſim vſiam intelligēs non tribus perſonis vnam ypoſtaſim indicit: alienus a chriſto eſt qui ſcꝫ tres ypoſtaſes dicēs ſub nomine pietatis tres naturas conatur aſſerere. Sufficiat nobis dicere vnā ſubſtantiā ꝛ tres pſonas perfectas equales: taceam⁹ tres ypoſtaſes ſi placet. Nomē hoc nō bone ſuſpitionis eſt: cum in eodē verbo ſenſus diſſentiūt. Aut ſi rectū putatis: tres ypoſtaſes cū interp̄tationibus ſuis debere nos dicere non negamus. Sed mihi credite: venenum ſnb melle latet. Transfigurat em̄ ſe angelus ſathane in angelum lucis. His verbis nō negat vtendū eē noīe ypoſtaſis: ſed herecticos eo praue vſos oſtēdit cōtra quos cautela op⁹ erat in diſtinctione ſignificatōis: alioq̄n ſibi cōtradiceret q̄ ſupra tres ypoſtaſes confitet̄.

Unc de ꝓprietatibus quas frequēter ꝛc.] A
n Hic incipit pars illa q̄ ē de ꝓprietatib⁹ di-
ſtinguētib⁹ pſonas. Et diuidit̄ ī tres ptes
In prima determinat mgr̄ de ꝓprietatib⁹
oīb⁹/ſiue ꝓprijs/ſiue appropriatis/ſiue ab eterno/ſi
ue ex tpe deo cōuenietib⁹. In ſcḋa determinat de cō
paratōe pſonaꝝ adinuicē ſm hmōi ꝓprietates: ꝛ hec
incipit infra diſ. xxxij. ibi [Hic orit̄ q̄ſtio ex p̄dictis
deducta. In tertia agit de cōparatione ꝓprietatū ad
eēntiā ꝛ pſonā ibi [Poſt p̄dicta interius conſiderari
atq̄ inquiri oportet. Prima harū adhuc ſubdiuit̄
in tres ſt̄ em̄ ꝓprietates approp̄ate ab eterno pſonis
ꝯuenietes: ꝛ de his agit prio: ſūt etiā ꝓprietates ap
propriate ex tpe deo cōuenietes: ꝛ de his agit ſecū-
do infra diſtin. xxx ibi Sunt enim quedā que ex tpe

deo &c. ſunt etiā ꝓprietates pſonis appropriate non ꝓprie: tamen ab eterno conuenientes: de quibꝫ agit tertio ibi [ꝑ ↄſiderari oportet cū tres pſone coequales ſint] Harū prior ſubdiuidit adhuc in tres: in quarū prima determinat tres ꝓprietates pſonales in cōi: in ſcd̄a determinat ꝓprietatē pr̄is q̄ eſt pſone nō pſonalis: & hec incipit in. xxviij. diſtin. ibi [ꝑ cōſiderari oportet ꝙ nō tm̄ tres. Tertio determinat ꝓprietatē pſone nō pſonalē q̄ eſt cōiter pr̄is & filij / ſ; nō ſpūſſcti Et hec incipit infra. xxix. diſtin. ibi [Eſt pterea aliō nomē notās relatiōꝫ] Adhuc prior iſtarū ſubdiuidit ī duas. In p̄ia determiat de tribꝫ ꝓprietatibꝫ pſonalibꝫ put ꝓprijs noībꝫ ſcant. In ſcd̄a put ſcant alijs noībꝫ ibi: [Dicūt pt qre ꝓprietates q̄s pōit Hylarius diſtin. xxvij. Diſtinctio aūt iſta diuidit ī duas ptes: in qrū prima determinat de noīe ypoſtaſis co ꝙ ꝓprietates ad ypoſtaſim referunt. In ſcd̄a determinat de ꝓprietatibꝫ ibi [Jā de ꝓprietatibꝫ pſonarū &c.

Arti. I

## Quid ſit ypoſtaſis.

Jc q̄rit q̄d ſit ypoſtaſis / & vtrū ſit in diuinis
b eadē rōe q̄ in inferioribꝫ / & quō ſe habeat ad eēntiā / & etiā q̄lr ſe habeat ad pſonā / & vtrū ipſa p intellectū remaneat abſtracta pſonalitate a pſona vl nō.

Arg. pmo Ad pmū pcedit ſic: Dicit in lra dicit hieronyꝰ ꝙ ypoſtaſis ſm ꝙ dicimꝰ tres ypoſtaſes ē ſub
2o ſiſtens pſona pfecta. hoc eī colligit ex lra. Docet iā videt dicere Boeꝰ in li. de duabꝫ naturis in vna pſona xp̄i ſic: Longe greci ſignātius nature rōalis indiuiduā ſubaꝫ ypoſtaſis noīe vocantes: g ſm vſum grecorꝫ ypoſtaſis eſt indiuidua ſuba rōalis nature:
3o ſ idē q̄d pſona. S; ꝯ ypoſtaſis cadit in diffinitiōe pſone: q2 ſup eſt poſita diffinitio pſone ꝙ eſt ypoſta
4o ſis diſtincta ꝓprietate ad dignitatē ptinēte. ꝑ. obijcit fortiꝰ / ypoſtaſis aut q̄d abſolutū dicit in diuinis
Nō abſolutum aut reſpectiuū: ſi abſolutū / g dicit eēntiā / ſ; hec nō diſtinguit: g ypoſtaſis nō diſtinguit q̄d falſum eſt: q2 etiā ſm ſanctos & mgros ypoſtaſis diſtinguit ꝓprie
Non reſpectiuū tate. Si aūt dicit relatiōne: cōtra / relatio in diuinis eſt diſtinguēs: g ypoſtaſis eſt diſtinguēs nō diſtincta q̄d iterū eſt falſum vt dicit mgr infra diſti. xxxiij. q2 pr nō dicit tm̄ ꝓprietatē ſ; ypoſtaſim diſtinctā ꝓprietate: g vr ꝙ ypoſtaſis nullo mō poſſit aliq̄d ſignificare
Solo in diuinis. Si forte dicas ꝙ dicit ſubaꝫ primā: vn̄ etiā idē eſt ypoſtaſis apud grecos & ſuba prima apd
Inſtantia latinos / vt dicit Boeꝰ: cōtra / illa ſuba prima ē ens abſolutū: in nllō aute abſoluto diſtinguunt pater & filius: ergo in ypoſtaſi non diſtinguunt q̄d eſt ↄtra
5o ſctōs. Itē ſi in aliq̄ ſubali diſtiguerent aliq̄d ſubalr
6o eſſet in vno q̄d nō eēt in alio / q̄d hereſis eſt. Itē magis ſepant ī inferioribꝫ q̄ ſeparant p totā ypoſtaſim q̄ illa q̄ p q̄ eſt tm̄ / vl p q̄d ē tm̄ ſepant. Probatō ſic ꝙ aliq̄ vniant in q̄ eſt & nō in q̄d eſt: iſti ſepant in pte ſue eēntie & nō in toto / ſit etiā ꝙ aliq̄ vniant in q̄d eſt & nō in q̄ ē. Iſti etiā nō ſepant niſi ī pte ſue eēntie / ſ; q̄ ſeparatas hn̄t ypoſtaſes ī toto ſeparant: g videt ꝙ ſi alia eſt ypoſtaſis pr̄is & filij in diuinis ꝙ hec ſit maior alietas q̄ ſi eēnt alij in natura ſola: & hoc argumtū pcedit ſi ypoſtaſis dicit ſubam indiuiduā: g videtur ꝙ pr̄ & filiꝰ nō diſtinguāt in ypoſtaſibꝰ niſi ypo
Solutio. ſtaſis dicat ꝓprietatē ſolā. Solō difficile eſt hic vitare incōueniens. pōt tn̄ dici ꝙ dupl'r pōt cōſiderari nomen ypoſtaſis. ſ. ſm id q̄d eſt ypoſtaſis & ſm ꝙ ſcat p nomen. Et ſi cōſiderat ſm id ꝙ eſt ypoſtaſis tūc verꝫ eſt ꝙ idē eſt q̄d pſona. Si aūt cōſideret ſ; ꝙ ſcat p nomen tūc dicit diſtinctū nō determinās rationē diſtinctiōis: pſona aūt dicit diſtinctū determinādo rōnem diſtinctionis in cōmuni: pater autē & filius dicūt diſtinctū determinando rōnem diſtinctionis in ſpecie. Dicendū igit ad primū ꝙ Hieroꝰ hic Ad pmū
attendit rem & nō nomis rōnem. Ad aliud dicēdū Ad 2m
ꝙ Boeꝰ loquit de vſu noīs apud grecos cuiꝰ vſus rō aſſignata eſt ſupra diſtin. pcedenti. Ad id q̄d cō Ad 3m
tra obijcit dōm ꝙ ypoſtaſis cadit in diffinitiōe pſone non ꝙ minꝰ ſit ſm rem / ſ; q2 minꝰ dicit ſm modū ſignificandi p nomen. Ad aliud dicendū ꝙ ypoſta Ad 4m
ſis dicit ſuppoſitū relatiue: & iō ypoſtaſis relatiuū ē & ad alterū: & iō in ypoſtaſibꝰ pſone nō ſunt vnū / ſed potiꝰ in eſſentia. Et ſi querat ratio huiꝰ dico ſine p queſtiūcl'a
iudicio ꝙ in diuinis aliter eſt q̄ in inferioribꝫ: q2 in Solo
inferioribꝫ relatio eſt relatio & accidēs & vtriuſq3 naturā ſeruat & ſm ꝙ eſt relatio eſt ad alterū: ſm autē ꝙ eſt accidens ſic eſt in relatiuo tm̄. In diuinis autē relatio eſt relatio & nō accidens ſed potius ſubſtātia & ideo ibi nō eſt accidens relatiuū ſed ipm ſuppoſitū relatiui realiter ſeipſo relatiuū: & tn̄ ſubſtātia ens p ſe ipm hoc mō quo ſubſtantiā dicimꝰ ſuppoſitū: hoc aūt modo ſubſtantiā accipiendo ſc3 p ſuppoſito pfecto ꝙ quis eſt vel aliq̄s. In diuinis perſone non cōmunicant in ſubſtantia / ſed diſtinguunt: & ſuppoſitū hoc mō eſt ad aliq̄d & ſubſtātia ī ſe pfecta & hec nō repugnāt in diuinis / vt iam oſtēſum eſt: vn̄ bene cōcedo ꝙ in omnibꝫ que ſimplicit abſoluta ſunt cōueniunt pſone: & ſunt vnū: & ex hoc tn̄ nō ſequit ꝙ ī huiuſmodi ſubſtātia que ſuppoſitū eſt ſint vnū: q2 non Ad inſtātiā
video qualiter ex hoc nō ſequit hereſis ſabellij. Ad aliud dicendū ꝙ hoc verū eſt ꝙ id q̄d dicit ypoſtaſis dicit per modū ſubſtantie prime nō determinantis ꝓprietatē diſtinguentē ex nomine ſuo: ſed hec ſubſtātia eſt ſubſtantia relatiui: licet nō dicat eam per modū relatiui vel relatiōis: & nō eſt ſm modū intelligēdi ſubſtātia q̄ cōis eſt tribꝰ licet realiter ſit illa: & iō
illa ſubſtantia diſtinguit. Et q̄d obijcit ꝙ idem ſm Ad id quod obijcit ō reſpectu.
modū intelligendi nō poteſt eſſe diſtinguēs & diſtinctū. Dōm ꝙ hoc verū eſt / tn̄ idem re poteſt eſſe diſtinguens & diſtinctū & nō diſtinctū: q2 eſſentia & pſona
& relatio ſunt idem re / & relatio eſt diſtinguens & p Ad 5m.
ſona diſtincta & eſſentia nō diſtincta. Ad aliud dicendū ꝙ ſi in aliq̄ ſubali ſimplicit abſoluto diſtiguerent pſone tūc verū eēt ꝙ nō in oībꝰ eēnt vnū ſ; ſubſtantiale q̄d eſt ypoſtaſis nō ē ſimplicit abſolutū: eſt
eī relatm̄ p modū abſoluti dictū: & iō nō pt illō im Ad 6m
pedire vnitatē pſonarꝫ in eēntia. Ad aliud dōm ꝙ in inferioribꝫ ſecus ē q̄ in ſuperioribꝫ: q2 ypoſtaſes in inferioribꝫ differūt p materiā & formā & p ſubam cōpoſitā: ypoſtaſes aūt in ſuperioribꝫ diſtinguunt per exiſtētie modū / vt ſupra dictū eſt: & ille modꝰ exiſtentie ſcat vt relatio & vt in relatiuo / & ſm ꝙ ſcat vt relatio ſic cauſat in diuinis notiōes: ſm aūt ꝙ ſcat in relatiuo ſic eſt diſtinctiuꝰ ypoſtaſum. Si aūt q̄ras vnde venit diſtinctio ypoſtaſum in quibꝰ ſunt relatiōes / vtrū. ſ. ille habeāt diſtinctōnē aliā q̄ p relationes / infra in hac q̄ōne determinabit.

Arti. II
B

## An ypoſtaſis ſit in diuinis eadē rōne qua in inferioribꝰ? Et vtrū verius ſit in inferioribus q̄ ſuperioribus.

Secūdo q̄rit vtrū in diuinis ſit eadē rōe q̄ ī in
f ferioribꝫ: videt aūt ꝙ nō: q2 in inferioribꝫ licet Obiectō p veritate.
ypoſtaſis diſtinctō ↄſcat ꝓprietatibꝫ q̄ ī alia

nō inueniunť:nō tñ cauſať ab illa/ ſed poti⁹ ab hac
materia et hac forma ſcḋm ꝙ dic̄/ ꝑ qḋ vnū moueť eſt
materia vnū:materia aūt ⁊ forma ſunt ꝑ̇ncipia ſub
ſtantie:⁊ hoc aliq̇d eſt ſuba cōpoſita. Jn diuinis au
tem nō ſic cauſať diſtinctio ypoſtaſū:q² dicit Dam̄.
ꝙ in om̄ib⁹ idē ſunt tres ꝑſone p̄ter ingeneratōnē ⁊
generationē ⁊ ꝓceſſionē:⁊ Aug⁹ dicit ꝙ in oīb⁹ idē
ſunt preter id qḋ ad alterū eſt:ğ diſtinctio in ſupiori
Obiectō in cōtrariū — bus cauſať a ꝓprietatib⁹. Sȝ ꝯtra/ om̄is ꝓprietas
ſcḋm intellectū eſt ꝯñs ſubiectū cui⁹ eſt ꝓprietas. rela
tiones in diuinis ſūt ꝓprietates ypoſtaſum:ğ ſcḋm in
tellectum cōſequunť eas:ğ ypoſtaſes ſcḋm intellectū
diſtincte ſunt añ ꝓprietates. Prima ꝓbať ex dicto
Boecij in cōmento ſuꝑ Porphiriū q̄ dicit ꝙ licet ꝓ
prietas ſempꝛ ſequať ſubiectū:tñ q² nō eſt de conſti-
tuentib⁹ eſſe eſt de gñe accidentiū ſed verū eſt ꝙ ē ac-
cidens fluēs de principijs ſpēi:⁊ iō ſempꝛ ⁊ vbiqȝ ſe-
q̄ſtiuncula. — quiť ſpēm. Scḋa aūt ſupponiť a ſctis. Ulteri⁹ q̄ri
tur vtrū veri⁹ ſit ypoſtaſis in ſuꝑiorib⁹ vel in inferi
orib⁹: videť ꝙ in inferiorib⁹:q² vbi verior eſt diſtin-
ctio ibi verior ſaluať rō ypoſtaſis dūmō ſit in rōna-
li natura:ſed verior eſt diſtinctio ꝑ ſubam q̄ȝ ꝑ ꝓprie
tatē:ergo verior eſt rō ypoſtaſis in inferiorib⁹ q̄ȝ i ſu
Obiectō ꝯ ꝓ veritate. — periorib⁹. Cōtra/ad Eph.8. Ex quo om̄is paterni
tas in celo ⁊ in terra noiať:ğ inde huc venit nomen
ypoſtaſis ⁊ ꝑſone:ğ veri⁹ eſt ibi:⁊ hoc ſuꝑ oſtenſum
Solō — eſt in qōne de gñatione filij diſtin.iiij. Solō dico ſi
ne p̄iudicio ꝙ ypoſtaſis ab alio habet diſtinctōeȝ in
ſuperiorib⁹ ⁊ ab alio in inferiorib⁹ ſicut ꝓbat obie-
ctio:q² in ſuperiorib⁹ nō eſt diſtinctio niſi in ꝓprieta
tib⁹ ⁊ nō eſſentia q̄ ſignificabilis ſit vt quo eſt nec eti
am vt qḋ eſt:tres em̄ ſūt vna eēntia/⁊ tres ſunt vn⁹
deus:ſed verū eſt ꝙ tres nō ſunt vn⁹ quis vel vnus
Ad obiectū in cōtrariū — aliq̇s:q² q̇s ⁊ aliq̇s dicunt ſuppoſita. Ad id auteȝ
qḋ cōtra obijciť dico ꝙ lȝ ꝓprietas ſcḋm ſe ſcḋm intelle-
ctū ſit poſt id cui⁹ ē ꝓprietas/tñ in diuinis nō eſt ita
⁊ hoc cōtingit ideo:q² in diuinis nō eſt ꝓprietas tm̄
in rōne ꝓprietatis:immo habet aliquo mō actū dif-
ferentie cōſtitutiue reſpectu ꝑſone:eſt em̄ ꝓprietas
cōſtituēs ꝑſonā nō dico ꝙ ſit differentia/ſȝ quo ad h̄
habet actū ſil'em ſibi:⁊ ideo ꝑ intellectū eſt añ:⁊ iḋo
diſtinctio ypoſtaſis ſcḋm modū intelligēdi eſt añ oēm
gñationē vt cauſa añ cauſatū. Mot⁹ aūt localis in
iſto vel illo qḋ hȝ motū ꝓceſſiuū eſt poſt gñationem
Ad q̄ſtiūcl'ā — iſti⁹ vel illi⁹. Ad id qḋ vlteri⁹ queriť facile eſt rñde
re:q² res veri⁹ eſt in in ſuperiorib⁹:nomen aūt veri-
us ſaluať in inferiorib⁹/ſicut etiaȝ dixim⁹ de ꝑſona.
Ad obiectū dōm ꝙ diuiſio nō eſt de rōne ypoſtaſis
ſed poti⁹ exiſtentie mod⁹ ſiue in vnitate ſubſtantie/
ſiue in diuerſitate/ſicut ſupra dictū eſt.

Arti. III — Quō ypoſtaſis ſe habet ad eſſentiā.

Rōes ꝓ veritate p̄ma. — Ertio q̄riť quō ſe habeat ad eſſentiaȝ/ videť
aūt ꝙ eēntia ſit de intellectu eius:p̄dicatum
em̄ eſſentiale eſt de intellectu ſubiecti/ſic̄ ani
mal de intellectu hoīs/⁊ homo de intellectu huius
hoīs/ſed cū diciť hec ypoſtaſis eſt de⁹ vel eſſentia di
uina eſt p̄dicatio eſſentialis ⁊ in recto:ğ hec eſt de in
tellectu ypoſtaſis. P̄. ypoſtaſis d̄r ab ypos qḋ eſt
ſub ⁊ theſis qḋ ē poſitio:ğ eſt alicui ſuppoſitū: ē aūt
eadē rō ſbiecti ⁊ ſuppoſiti q̄ȝtū ad li ſub:ğ ypoſtaſis
dic̄ id qḋ poſitū ē ſub natura cōmuni:ğ natura cōis
eſt in ipſo:ğ ſe habet ad naturā ſicut id in quo natu-
ra eſt ⁊ intelligiť. Jtē phus dicit ꝙ dicēs vnū quo
dāmō dicit multa:q² dicit ea q̄ ꝑ intellectū ſunt in il
lo actu:ſuperiora aūt actu ſunt in inferiorib⁹/⁊ infe-
riora potētia in ſuperiorib⁹:cū ergo ypoſtaſis ſit in-
cōicabile:in ipſo autē actu intelligiť natura cōis et
eedem rōes ſunt de ꝑſona:ğ videť ꝙ tam ypoſtaſis
q̄ȝ ꝑſona hoc mō ſignificent cōmune. Sȝ cōtra om — Obiecta in cōtrariū p̄o
ne inferi⁹ in quo actualiter intelligiť ſuum ſuperi⁹
ex additiōe ſe habet ad ſuū ſuperi⁹ ⁊ eſt maioris cō-
poſitionis q̄ȝ illud: ypoſtaſis et ꝑſona nō ſe habēt ex
additione ad ſuperius:ergo nō ſunt maioris cōpo-
ſitionis q̄ȝ illud:ergo nō ſe habēt vt inferi⁹ incōmu-
nicabile ad eſſentiā. Jtem ſi ypoſtaſis aliq̇d adde- — 20
ret/aut hoc eſſet idē ei cui addiť aut diuerſum. ſi idē
ergo nō addereť:q² idem nō addiť ſibi. ſi diuerſum
tunc neceſſario induceret cōpoſitionē qḋ eſt hereſis:
q² nihil cōpoſitū eſt in deo. Si forte dicas ſicut cō — Solō
muniter diciť ꝙ additū eſt idem re/ ſed diuerſum in
modo intelligendi: cōtra/ huic mō intelligendi aut — Jnſtantia
aliquid reſpondet in re aut nihil. Si nihil/ tunc eſt
caſſus ⁊ van⁹/vt dicit Boe⁹. Si aūt aliquid reſpō-
det in re tūc ſequiť idem qḋ pri⁹. Si dicas ꝙ nō eſt — Solō
caſſus ⁊ van⁹ q² ad eſſe nō referť/ ſicut dicit phus/
qḋ abſtrahentiū nō eſt mēdaciū:q² nō referť ad eſſe/
⁊ ſic dicit ꝙ nō eſt mendaciū demonſtrando lineam
eſſe monopedalē q̄ nō eſt monopedalis. Hoc nihil ē — Jnſtantia
iſte em̄ nō eſt intellect⁹ phi:nec em̄ hoc vnq̄ȝ intelle-
xit aliquis phs ꝙ intellect⁹ rei qui nullo mō poteſt
referri ad rem nō ſit caſſus ⁊ vanus:licet em̄ demō-
ſtratio qua demonſtro ꝙ rectū tangit ſpheram non
poſſit referri ad eſſe rei quante que lignea eſt vl' plū-
bea:tamē refero ad rem que eſt natura quantitatis
⁊ licet demonſtrarē de linea non monopedali ꝙ ſit
monopedalis: tamē refero ad rem que eſt linea in-
tellecta per iſtā quā ꝯtraxi in cōtinuo:iſte auteȝ mo-
dus intelligendi nullo mō poteſt ad rem de q̄ eſt re-
ferri. Si forte dicas vt quidā dicunt ꝙ iſte eſt mo- — Solō.
dus intelligendi ꝑ nomen:hoc nihil eſt:q² de cōmu- — Jnſtantia
ni ſignificatiōe nomis nō queriť hic/ſed potius de
re diuina que ſignificať in noie. Si forte ꝓpter hoc — Solō
dicať ꝙ nihil addit eſſentie q̄cunqȝ om̄ino ſūt idem — Jnſtantia
q̄cq̇d ei diciť de vno diciť etiaȝ de altero/ſed de eēn
tia diciť ꝙ vnū eſt re:ergo de ypoſtaſi diceť idem.
Solutio dicendū ſine preiudicio ꝙ in ypoſtaſi ſi- — Solō
gnificať eſſentia/vt natura cōmunis ſignificať ⁊ di — p̄ncipal' eſt.
ciť in ſuo inferiori nō ꝙ in diuinis ſit vl'e ⁊ ꝑticula-
re/ſed q² eſt ibi cōicabile ſicut ꝓbant rōnes p̄mo in- — Ad obiecta
ducte. Ad hoc aūt qḋ queriť vtrū aliquid addat/vi — in cōtrariū
deť mihi ꝙ nō addat re/ſed mō intelligendi q̄ mod⁹ — ſiml' rñdeť.
intelligendi realiť ſignificať/cum diciť ypoſtaſis ē
diſtincta vel ypoſtaſis eſt incōicabilis. vñ dicendū/
ꝙ licet nō omni mō ad rem retorqueri poſſit/ tñ re-
torquetur ad rem aliquo mō. Et hoc vt intelligi poſ
ſit notanda eſt ſententia antiquorū doctorū de hoc:
q² aliquid addi alij duob⁹ modis cognoſciť.ſ. quia
facit cōpoſitionē/vel q² cōuenit ei qḋ alij non conue
nit/⁊ in inferiorib⁹ eſt vtroqȝ modo:hoc em̄ ⁊ hoc fa-
ciūt cōpoſitionē:⁊ huic cōuenit incōmunicabile eſſe
⁊ diſtinctū in indiuiduantib⁹ qḋ nō cōuenit homini
ſcḋm ſe:in diuinis autē alterū tm̄ eſt: q² additum nō
inducit cōpoſitionē/eo ꝙ realiter eſt idem/ſed indu-
cit diuerſam ſuppoſitionē/vt dicūt antiqui/⁊ bñ vt
mihi videť:q² ſuppoſito vno nō ſupponiť alterū/eo
ꝙ aliq̇d cōuenit vni qḋ nō alij: cōuenit em̄ ypoſtaſi
diſtingui ⁊ generare/⁊ eē nūerabilē nūero tali:qua-
lis eſt in diuinis quorū nullum cōuenit eſſentie. Et

huius inuentõnis auctoꝛ fuit p̄poſitiuꝰ. Per h̄ ergo patet ſolutio ad totum.

Art. IIII **Qualiter ſe habet ypoſtaſis ad pſonam.**

Q Uarto queriť qualiť ſe habeat ad pſonā: videť aūt ꝙ ſicut diſtīguibile ad diſtinctū: qꝛ ſupꝛapoſita diffinitio claudit in ſe diſtinctionē / cū dꝛ / pſona eſt indiuidua ſuba rõnalis nature. [Arg. pmo]

[cōfirmatio] ypoſtaſis aūt nō claudit in ſe factā diſtinctionē. P̄ mgr̄ dicit ſepe ꝙ ꝓꝛietates ſūt in ypoſtaſibꝫ / nō aūt ſunt in ipſis niſi ſicut in diſtinctꝭ: ğ ypoſtaſes ſine ꝓ [Obiectio] pꝛietatibꝫ ſūt diſtinguibiles. Sʒ cōtra in diuinis nihil eſt in poſſe: ğ idem eſt ibi diſtinguibile ꝛ diſtin[2o]ctū: ğ idem eſt ypoſtaſis ꝛ pſona. Iteʒ Dam̄. dič ꝙ in omībꝫ idē ſunt p̄ter ingeneratiōʒ ꝛ gn̄ationē ꝛ ꝓceſſionē: ğ qcq̄d eſt an̄ hoc eſt de vnitate eſſentie: ğ ſi ypoſtaſis eſt an̄ hoc / eſt de vnitate eēntie: ſʒ h̄ falſum eſt: ğ ypoſtaſis hʒ intellectū ꝓꝛietatꝭ: ğ idē eſt qđ pſona. [Sol'o] Sol'o dōm ꝙ in diuinis nihil eſt in potentia ſicut ꝓbat obiectio: ꝛ iō ypoſtaſis ſm rem eſt pſona: ꝛ bñ cōcedo vlteriꝰ ꝙ ſuppoſita ypoſtaſi ſupponiť pſona: qꝛ ypoſtaſi cōuenit qcq̄d cōuenit pſone. ſ. diſtīgui / generari / gn̄are / ꝓcedere et oīa hmōi. veꝝ eſt tñ ꝙ aliť ſcať p nomē ypoſtaſis ꝛ aliter p nomē pſone. Et ad hoc intelligendū notādū ꝙ in inferioꝛibꝫ ſūt quattuoꝛ. ſ. res nature / ſubiectū / ſuppoſitū / indiuiduū / q̄bꝫ etiā in natura rõnali adījciť quintū qđ eſt pſona / ꝛ rem nature ītelligimꝰ cōpoſitū ex materia ꝛ foꝛma vel qđ eſt ꝛ quo ē in natura ꝛ ſub natura cōmuni / ꝛ hoc eſt hoc aliq̄d in natura: ſuppoſitū autē addit rei nature reſpectū ad naturā cōem cui ſupponiť vt incōicabile. Subiectū aūt vt dicit phs ē ens in ſe cōpletū occaſio alteri exiſtēdi ī eo: ꝛ hoc hʒ reſpectū ad accn̄s lʒ nō ſit in intellectu ſui noīs habitꝰ accidentꝭ: ꝛ hoc vocať ab Arꝭ. ſuba / ꝛ a grecis ypoſta[indiuiduū.]ſis. Indiuiduū aūt eſt habēs accidentia indiuiduan[Perſona]tia. Perſona aūt in rõnali natura dicit incōicabile ſm modū p̄ter ſolū intellectū compoſitiōis q̄ in diuinis nō eſt. A ſanctꝭ inueniunť poſita q̄ttuoꝛ. ſ. res nature quā ponit Hilariꝰ / ꝛ ſuppoſitū / ꝛ ypoſtaſim ꝛ pſonā: indiuiduū em̄ ꝛ ſingulare nō ꝓꝛie ſunt ī diuinis. Et res nature erit in diuinis hic q̄s vel aliq̄s in natura diuina: ſuppoſitū aūt p habitudinē ad naturā cōem: ypoſtaſis aūt p habitudinē ad ꝓꝛietatē / [Ad pmū.] ſʒ pſona ypoſtaſis diſtincta ꝓpꝛietate. Ad hoc ğ qđ obījciť pmo dōm ꝙ non ſequiť ex h̄ ꝙ ſint diſtinguibiles ſʒ ſequiť ex hoc ꝙ impoꝛtant in noīe habitudinē diſtincti ad diſtinguens quā habitudinē nō impoꝛtat nomē pſone / ſʒ potiꝰ impoꝛtat ipm̄ diſtinctū ſm ꝙ eſt diſtinctū: ſicut dico hoc celū eſt celū / li h̄ celū impoꝛtat habitudinē materie ad foꝛmaʒ / vt dicit [Ad obiectū in pncipali ſolutione.] phs / nō tñ ſequiť ꝙ materia illa vnq̄ʒ fuerit ſine foꝛma ſm naturā. Ad id qđ cōtra obījciť iam rn̄ſum ē. [Ad 2m] Ad aliud dōm ꝙ (vt dictū eſt) diſtinctū in diuinis meo iudicio ſm intellectū eſt poſt diſtinguens: ꝛ iđo nō ꝓcedit illa obiectio: ꝛ tñ non hʒ in ſe intellectū ꝓpꝛietatꝭ ſʒ potiꝰ habitudīs ad ꝓꝛietatē diſtīguentē.

Arti. V **An per intellectū remaneat ypoſtaſis ſubtracta ꝓpꝛietate.**

[E] Q Uinto q̄riť vtrū p intellectū remaneat ypoſtaſis ſubtracta ꝓꝛietate: videť aūt ꝙ ſic: pr̄ em̄ ab eodē habet ꝙ eſt q̄s ꝛ ꝙ eſt pař / aut nō ab eodē [Arguiť po] ſi ab eodē / ſʒ filiꝰ etiā eſt q̄s: ğ ab eodē habet pater quo pr̄: quis em̄ ꝛ q̄s in eo ꝙ hmōi nō habent differentiā / ſed paternitate habet ꝙ eſt q̄s: ğ ꝛ filius qđ falſum eſt: ergo nō ab eodē habet: ğ ſeparata p intellectū paternitate a patre / adhuc eſt pater q̄s ꝛ filius quis ꝛ ſpūſſanctꝰ ſimiľr / ſed nō eſt quis niſi ypoſtaſis: ergo ypoſtaſes remanēt abſtracta pſonalitate. Item om̄e qđ cadit in diffinitiōe alterius poteſt [2o] remanere illo ſeparato ab eo qđ addit id in cuiꝰ diffinitiōe cadit: ypoſtaſis cadit in diffinitiōe pſone: ğ ſeparato illo qđ addit pſona adhuc remāet ypoſtaſis. ſed nō addit niſi ꝓpetatē: ğ ſepata ꝓpetate adhuc remanet ypoſtať. Itē cū dico diſtinguēs ꝛ diſtinctū [3o] duo dico / ſʒ duoꝝ qđlibet vnū ſepabile ē a reliq̄ qđ nō eſt in rõe eius: diſtinguēs aūt nō eſt in rõe diſtincti ſm id qđ eſt licet foꝛte ſit in ratione eius ſm ꝙ diſtinctū eſt: cū ğ ypoſtaſis dicat diſtinctū ſm id qđ eſt vř p intellectū remanere ſi ꝓpꝛietates ſepenť. Sʒ ꝯ [Rōes ꝓ veritate pma.] pſone nō habent numerū niſi factū p relatiōes: ergo remotis relatiōibꝫ nō remanet niſi vnitas: nō ergo ypoſtaſis: qꝛ ypoſtaſis numerať in diuinis. pꝛima ꝓbať p Boetm̄ qui dicit ꝙ eſſentia cōtinet vnitatem ſola autē relatio multiplicat trinitatē. Et per Anſ. libꝛo de ꝓceſſione ſpūſſancti q̄ dicit ꝙ tres in omnibus ibi idē ſunt vbi nō diſtinguiť oppōnis relatio: [2o] ꝛ ğ cōcluſio ſequiť. Iteʒ nullꝰ intellectꝰ aliq̄d diſtinguit in natura aliqua niſi habeat pꝛīcipiū aliqđ diuerſitatis vel diuiſionis vel diſtinctiōis / ſed in diuinis nō eſt pꝛincipiū diſtinctiōis niſi oppoſitōis relatio: ergo ceſſante illo pꝛincipio nihil diſtinguiť in diuinis. Si foꝛte dicas ꝙ remanet ypoſtaſis ſeipſa diſtincta ab alia. hoc eſt hereſis Arrīj apertiſſima [Sol'o Inſtantia] qꝛ tunc eſſent tres ſubſtantie diuiſe p id qđ ſubſtantie ſunt: ꝛ per hoc tres dīj eſſent. Si aūt dicas ꝙ re[Solutio]manet ypoſtaſis / ſʒ nō poteſt numerari ſʒ remāet in rõne alicuiꝰ vniꝰ. Cōtra / illud vnū aut idē numero [Inſtantia] erit ī om̄ibꝫ pſonis aut diuerſū: ſi idem tūc tres eēnt vna ypoſtaſis: qđ falſum eſt. ſi diuerſuʒ: ğ ꝓꝛietas eēntiaľr diuidit ipm̄ ſicut fit diuiſio ī inferioꝛibꝫ qđ falſum eſt. Sol'o ſine p̄iudicio loquēdo dico ꝙ nō [Sol'o pncipalis] pōt abſtrahi ꝓꝛietas pſonalis a pſona: ita ꝙ aliq̄d remaneat: nec natura enim manet nec ypoſtaſis: et hoc ſic ꝓbať: abſtractio nō pōt eſſe niſi duobꝫ mōis: [Abſtractio fit duobus modis.] ſcʒ vľis a pticulari vel foꝛme a materia in q̄ eſt vľ ab eo in quo eſt vt in materia. Si pmo mō loq̄mur de abſtractōe tūc cōe abſtrahiť ab incōicabili ꝛ nō ecōuerſo: qꝛ abſtractū ſimpliciꝰ ē q̄ʒ id a q̄ fit abſtractio ꝛ etiā nō pōt abſtrahi aliq̄d ab alio in q̄ eſt p potētiā tm̄ / ſʒ in q̄ eſt p actū. vñ cū ſuperioꝛa ſint in inferioꝛibus actu ꝛ ſint ſimplicioꝛa eis abſtrahunť ab eis ꝛ nō ecōuerſo: ꝛ ideo indiuiduatiōe vel ſingularitate abſtracta ab hoc hoīe nihil remanet de iſto hoīe: ꝛ h̄ mō non pōt fieri abſtractio nature cōis a pſonis diuinis: qꝛ nihil ſimpliciꝰ eſt natura q̄ʒ pſona nec eſt vľis ad illam / ſʒ vt idem niſi foꝛte velis large loqui de abſtractiōe vt dicas eam abſtrahi: qꝛ ſine perſonis intelligi poteſt vt iudei ꝛ pagani eā intelligunt. Si autē loquamur de abſtractione foꝛme a ſubiecto in quo eſt iterū nō poteſt hec fieri in diuinis: qꝛ ꝓꝛietates in diuīs nō habent an̄ ſe ſubiectū vľ ſuppoſitū / ſed potiꝰ ipē ſunt ſuppoſitū / vt paternitas et pater / ꝛ ſic de alījs / licet nō ſuppoſito pꝛe ſupponať pr̄nitas: tñ ꝓꝛietas ꝓꝛie loq̄ndo nihil eſt in patre / ita ꝙ li in notet diuerſitatē ꝓpetatꝭ ad ſubm̄ eiuſdē. Sʒ h̄ verū ē ꝙ aliq̄d cōuenit ꝓꝛietati qđ ñ cōuenit ypoſtaſi. ſ. diſtīguere: ꝛ aliq̄d ꝯuenit ypoſtaſi qđ nō

cõuenit ꝓꝛietati.ſ. diſtinctũ eſſe. vñ ꝓꝛietates ſm ꝙ ꝑ ſe ſignificant nõ ſignificant vt res ſꝫ poti⁹ vt rõnes ꝑſonaꝝ: ꝑſone aũt ſm ꝙ in ſe ſignificant/ ſignificant vt res: paternitas em̃ in diuinis poti⁹ eſt ratio patris ꝗ̃ res: ⁊ hoc dico vt ſumunt vocabulis abſtractiuis: cũ ḡ ꝑ intellectũ (vt ꝓbat obiectio) ꝓꝛietas ſit ante ypoſtaſim vt diſtinguẽs eã/ ⁊ ſuũ eſſe eſt eſſe diſtinctũ/ ⁊ nihil aliud oꝑtet ꝙ remota ꝓꝛietate nihil remaneat de ypoſtaſi/ ſꝫ nõ eſt ita in inferioribꝫ: qꝛ eſſe in ypoſtaſibꝫ inferioribꝫ nõ eſt eſſe diſtincti tm̃/ immo eſt eſſe cuiuſdã nature ⁊ ſube in ſe ſubſiſtentis nõ indigentis ꝓꝛietate ad hoc ꝙ ſit/ ſed ad h̃ vt cognoſcat/ ſic aũt non eſt in diuinis: qꝛ ſi ypoſtaſis haberet ab aliquo eſſe ypoſtaſis ⁊ ab alio eſſe diſtincti/ opoꝛteret ꝙ in eſſe ypoſtaſis ꝑ ſubam abſolute dictã vna ꝑſonaꝝ diuideret ab alia ſicut in infe-
Sol'o rioribꝫ/ ⁊ hoc fuit hereſis Arrij. Vñ opoꝛtet dicere
Ad p̃mũ ꝙ ab eodẽ habet eſſe ypoſtaſis ⁊ eſſe diſtincti/ dõm ergo ad pꝛimũ ꝙ ab eodẽ habꝫ pater ꝙ eſt pater ⁊ ꝙ eſt q̇s. Et ſi dicas ꝙ fili⁹ eſt q̇s dico ꝙ li quis nõ eſt eis cõmune ꝑ intentionẽ vnã/ ſꝫ poti⁹ ꝑ ꝓpoꝛtõnẽ habitudinis vnã ad diuerſa: qꝛ pater eſt q̇s habitudine ypoſtaſis ad ſuã ꝓꝛietatẽ ⁊ fili⁹ eſt q̇s habitudie ſue ypoſtaſis ad ſuã ꝓꝛietatẽ/ ⁊ he habitudines faciunt cõmune ꝓpoꝛtionis vel ꝓpoꝛtionabilitatis q̄
Ad 2m adhuc minoꝛ cõmunitas eſt. Ad aliud dicendũ ꝙ ypoſtaſis cadit in intellectu ꝑſone nõ vt diuerſuꝫ in re vt dictũ eſt/ ſed vt idem nõ eodẽ modo ſignificatũ
Ad 3m ꝑ nomen: ⁊ ideo illa obiectio nõ ꝓcedit. Ad aliđ dicendũ ꝙ cum dicit diſtinguens ⁊ diſtinctũ ſm rõnẽ intelligendi duo dicunt/ nec tñ vnũ ſeparabile eſt a reliquo: qꝛ diſtinctũ nõ habet eſſe diſtincti/ niſi a diſtinguente: ⁊ hoc iam dictũ eſt: qꝛ hoc eſt ſuũ eſſe ſm ypoſtaſim/ lꝫ nõ ſit ſuũ eſſe ſm naturã: qꝛ in natura nõ numerat nec numerabil' eſt ypoſtaſis: vñ ypoſtaſis vt ypoſtaſis eſt in diuinis ⁊ diſtincti eſſe lꝫ in nomine habitudinẽ ad diſtinguens impoꝛtet ⁊ nõ di-
Obiectio ſtinctionẽ. Si aũt obijcias ꝙ nõ intellecta paterni
Sol'o tate adhuc pater eſt q̇s: qꝛ innaſcibilis: hoc nihil eſt quia infra oſtendet ꝙ innaſcibilitas nõ eſt ꝓꝛietas ꝑſonalis ſed ꝑſone poti⁹/ ⁊ nõ eſt q̇s in aliqua natura niſi a diſtinguẽte ꝑſonalitatẽ. i. ꝑſonalitatẽ faciẽdo. vñ pater tunc eſſet innaſcibilis ſicut natura diuina eſt innaſcibilis/ ⁊ nõ a ꝓꝛietate diſtinguente ab alia ꝑſona eiuſdẽ nature/ ſꝫ poti⁹ ſicut attributo nature ſue diſtinguente ab alijs reb⁹ que nõ ſunt ſecũ in eadẽ eſſentia. Rões aũt adducte in contrariũ vident mihi neceſſarie licet q̇daꝫ in hoc articulo aliter dicant/ vt pꝫ inſpicienti ſcripta eoꝝ.

## De ꝓpꝛietatib⁹ ꝑſonarũ ⁊ de nominibus earũ relatiuis.

Jam de pꝛopꝛietatib⁹ ꝑſonarũ videamus q̄ etiã notiones ſiue relatiões in ſcriptura plerũqꝫ dicunt: in illa ſancta trinitate q̄ iõ a nobis repetit: vt coꝛdi nr̃o tenaci⁹ infigat. Ait Aug⁹ in li. de fide ad Petrũ: Aliud eſt genuiſſe ꝗ̃ natũ eſſe: aliđ eſt ꝓcedere ꝗ̃ genuiſſe vel natũ eſſe. Vñ manifeſtũ eſt ꝙ ali⁹ eſt
a pater: ali⁹ filius: ali⁹ ſpũſſanct⁹. Et eſt ꝓpꝛium ſoli⁹ patris: nõ qꝛ nõ eſt nat⁹ ipſe: ſed qꝛ vnũ filiũ genuerit ꝓpꝛiũqꝫ ſolius filij. nõ qꝛ ipſe nõ genuit: ſed qꝛ de patris eſſentia natus eſt: ꝓpꝛiũ võ ſpũſſancti eſt: nõ qꝛ nec natus eſt ipſe nec genuit: ſed qꝛ ſolus de patre filioqꝫ ꝓcedit. Ecce breuiter aſſignauit tres b
ꝓpꝛietates triũ ꝑſonarũ: quarũ vna non eſt alia. Hoc em̃ ſignificauit cum dixit: Aliđ eſt genuiſſe ꝗ̃ natũ eſſe aliudqꝫ ꝓcedere. i. alia ꝓpꝛietas ſiue notio eſt generatio: ⁊ alia natiuitas: alia ꝓceſſio que alijs nominib⁹ dicũtur paternitas: filiatio. Has ꝓpꝛietates deſignant noĩa ꝑſonarũ. ſ. pater filius ⁊ ſpũſſãctus: que relatiua ſunt ad ſeinuicẽ dicunt:
quia notant relationes que nõ ſunt deo accidẽtales: ſꝫ in ip̃is ꝑſonis ab eterno ſunt imutabiliter: vt nõ mõ appellatões ſint relatiue: ſed etiam relationes ſiue notiones in rebus ipſis ſcꝫ in perſonis ſint. c

Am de ꝓpetatibꝫ ꝑſonaꝝ videam⁹ ⁊c.] Jſta f
i pars in q̄ mgr̃ agit de ꝓꝛietatibꝫ diuidit in quattuoꝛ ꝑtes: in quarũ pꝛima oſtendit mgr̃ tres ꝓpꝛietates ꝑſonales tribꝫ ꝑſonis ineſſe. Jn ſecunda oſtendit ꝓꝛietates illas nõ ineſſe ꝑ accidens ibi [Quo circa ſciendũ nõ om̃e qđ] Jn tertia oſtẽdit mgr̃ ſm quẽ ſenſum filiatio ⁊ ꝓceſſio ſiue donũ dicũtur eſſe ꝑſonales ꝓpꝛietates filij ⁊ ſpũſſcti ibi [Hic querit quõ dicat ꝓpꝛiũ eẽ nato deo. Jn q̄rta determinat q̄dam dubia circa hoc ibi. [Hic queri poteſt vtrum pater ⁊ fili⁹. ex hoc patet ſentia: qꝛ littera explicabitur in diſputatione.

### An in diuinis ſit relatio. Arti. VI.

Jc aũt incidũt tria querenda/ quoꝛũ p̃mũ eſt
h de relationibꝫ. Secundũ de notiõe. Tertiũ de ꝓꝛietate. Circa relationẽ incidũt hic duo dubitabilia ante litterã. ſ. vtrũ ſit in diuinis relatio
Et ſecundũ vtrũ ipſa ſola multiplicet trinitatẽ: Ad Arg. p̃mo
pꝛimũ ꝓcedit ſic: Relatio aut dicit aliquid ens aut rõem ſolam: ſi dicit aliquid ens in diuinis/ aut illđ eſt idem qđ ſubſtãtia ⁊ nihil ampli⁹. aut eſt aliquid plus: ſi eſt ſola ſubſtantia: ergo idem eſt eſſe relatiuũ qđ eſt eſſe ſubſtantiã: ergo ad diſtinctionẽ relatiui ſequit diſtinctio ſube qđ eſt hereſis Arrij. Si aũt eſt aliq̇d pl⁹: ⁊ in illo plus diſtinguunt ꝑſone: ḡ ꝑſona maioꝛis cõpõſitõis ẽ ꝗ̃ ſuba qđ iterũ eſt hereſis. Si aũt eſt relatio ſolũ ens in rõne tũc tm̃ ſm rõnẽ differunt q̄ relatione diſtinguunt. Perſone diuine ſola rõne diſtinguunt: ḡ non diſtinguunt niſi ſm rõem
qđ eſt hereſis Sabellij. Itẽ duo ſunt in relatione 2o
ſi res eſſe ponat/ vnũ eſt qđ eſt accñs/ et aliud eſt qđ eſt reſpect⁹/ aut ḡ quo ad vtrunqꝫ manet in diuinis aut quo ad neutrũ aut quo ad alterũ: ſi q̄ ad vtrũqꝫ ſed om̃e accñs exigit ſubiectũ: ḡ opoꝛtet ponere ſubiectũ eſſe in diuinis qđ ſup̃ impꝛobatũ eſt diſtin. viij Si quo ad neutrũ tũc nõ erit in diuinis niſi rõ: ⁊ ex h̃ ſequit hereſis Sabellij vt pꝛi⁹. Si q̄ntũ ad alteꝝ aut quo ad accñs aut quo ad reſpectũ. Si q̄ ad accidẽs ſequit iterũ ꝙ cõpoſitio ſit in diuinis. Si q̄ ad reſpectũ ſed hoc mõ (vt dicit Boe⁹) eſt aſſiſtens: ergo in diuinis ſunt relatiões aſſiſtẽtes extrinſec⁹: et ſic relatiões nõ erunt de⁹: ḡ videt ꝙ relatiões nõ ſunt
in diuinis. Itẽ in inferioꝛibꝫ videmus ꝙ per ſe ſim 3o
pliciſſima ſeip̃is diſtinguunt ⁊ denoĩant ſic vnitas

ſeipa eſt vna ⁊ differt a puncto: cum igit̃ in infinitū
ſimplicioꝛ ſit q̄libet ꝑſona q̄ȝ vnitas/ videt̃ ꝙ ſeipſa
4° referat̃ ad aliā ⁊ nō ꝑ relationē. Item relatiōes li-
cet non ſint ꝓpꝛie termini mot⁹ tñ nō innaſcunt̃ niſi
ꝑ motū: nō em̄ eſt pater niſi q̄ genuit de ſua ſuba: in
deo aūt nec ī ꝑſonis ē mot⁹ aliq̄s: g̃ videt̃ ꝙ nec rela
5° tiōes. Item plus diſtat deus a creatura q̄ȝ vna ꝑ-
ſona ab alia/ ſed ſeipſo ſine relatione reali diſtingui
tur a creatura: g̃ videt̃ ꝙ etiā ſeipa vna ꝑſona diſtin
6° guat̃ ab alia. Item in inferioꝛib⁹ inuenit̃ aliq̄d ꝙ
relatiuū ſm̄ ſuā ſubſtantiā eſt relatiuū: creatura em̄
refert̃ ad creatoꝛē aut ſeipſa aut relatione que nō eſt
ipſa: ſi pꝛimo mō habet̃ ꝓpoſitū. Si ſecundo mō: er-
go ſeparata relatiōe a ſubſtantia creature iam nō re
Pꝛobatio. fert̃ ad creatoꝛē/ qḋ videt̃ falſum: g̃ in ipſa ſubſtātia
adhuc eſt relatio aut eadē cum ſubſtātia aut alia: et
ſic ibit̃ in infinitū: g̃ neceſſe eſt ꝙ ſm̄ ſubam referat̃.
7° Itē illa relatio q̄ creatura ad creatoꝛē refert̃ ē crea
tura: g̃ ⁊ ipſa refert̃/ aut eadē relatione q̄ ipa eſt aut
alia: ⁊ ſic ꝓcedit̃ in infinitū vt pꝛi⁹: g̃ aliquid refert̃
ſubſtantialit̃ in inferioꝛib⁹: g̃ multomagis hoc cōue
8° nit ꝑſonis diuinis ꝓpter maioꝛē ſimplicitatē. Item
materia ſeipa (vt q̄dam dicunt) refert̃ ad foꝛmā. Si
em̄ dicas ꝙ mediante foꝛma refert̃ illa potētia/ aut
eſt materia aut foꝛma aut cōpoſitū aut ſuba aut ac-
cidens/ cōſtat ꝙ nō materia: q2 ſic materia eſſet ma-
terie/ nec foꝛma: q2 ſic foꝛma eſſet ante pꝛimā foꝛmā:
nec cōpoſitū hoc patet ꝑ ſe: q2 pꝛimū cōpoſitū eſt a p̄-
ma materia ⁊ pꝛima foꝛma: nec ſuba vt ptȝ ꝑ ſe: quia
eſſet foꝛma vel materia vel cōpoſitū/ ⁊ hoc impꝛoba
tur vt pꝛi⁹. nec accidēs: q2 materia nō eſt ſuſceptibi-
lis accñtis niſi ꝑ foꝛmā ſubalē vt in multis locis ꝓ-
bat̃ in ph̄ia: accidentis em̄ aduent⁹ eſt mot⁹ ſubiecti
ad ſubiectū: ⁊ iō qḋ mouet̃ ſȝ accñs opꝫ ꝙ ſit actu
ens: g̃ ipſa materia ꝑ ſeipſam eſt potentia ad foꝛmā
aliter etiā foꝛma nō eſſet immediata materie: ⁊ ſic ex
materia pꝛima ⁊ foꝛma pꝛima nō eſſet vere vnū que
oīa cū incōuenientia ſint videt̃ ꝙ ſeipa materia re-
Rōes ꝓ ve- ferat̃ ad foꝛmā: g̃ multomagis ꝑſona ad ꝑſonā ꝓpter
ritate p̄ma. maioꝛē ſimplicitatē. Sȝ cōtra hoc multipliciť op-
ponit̃ ſic/ pater hȝ ſe ad filiū aut ſeipſo aut aliq̄ alio
ſm̄ modū intelligendi: ſi aliquo alio tūc habeo ꝓpo-
ſitū: q2 hoc erit relatio in patre. Si ſeipo tm̄/ ſȝ cū d2
pꝛ ſpirat ſpm̄ ſctm̄/ ibi etiā pat̃ ſeipo hȝ ſe ad ſpm̄ ſan-
ctū ꝑ eandē rōnem: g̃ eodē mō pater generat filiū et
ſpirat ſpiritūſanctū: g̃ ſpūſſanct⁹ eſt fili⁹: q2 eadē ſūt
ſm̄ rōnem q̄ eodē mō ſunt ab eodē/ ſȝ hoc eſt incōue-
2a niens: g̃ opꝫ ponere relationes etiā pꝛeter intelle
ctum ꝑſonarū in diuinis. P̄. generatio eſt in diuīs
⁊ ſolū ſpiratio: aut g̃ iſta eadē rōne ypoſtaſes referū-
tur ad ypoſtaſim aut diuerſa: ſi eadē/ g̃ generatio eſt
ſpiratio: q2 ille actus idem ſunt ſupple ad min⁹ q̄ ea
dem rōne referunt̃ ad agentē: ſȝ hoc falſum eſt: g̃ di-
uerſa rōne referunt̃ ad agentē: ſed hoc falſum eſt: er
3a go diuerſa rōne referunt̃ ad patrē: g̃ neceſſe eſt pone
re diuerſas relatiōes iſtis actib⁹ reſpondētes. Itē
vt dicit Richard⁹ ꝑſone diſtinguunt̃ ꝓpꝛietate oꝛi-
ginis/ ⁊ ꝓpꝛietate ſola/ ⁊ ꝓpꝛietate ⁊ oꝛigine: in deo
aūt diſtinguunt̃ oꝛiginis ꝓpꝛietate: oꝛiginis aūt ꝓ-
pꝛietas eſt illa q̄ determīat exiſtētie modū/ ſȝ illa nō
eſt niſi relatio oꝛiginis: g̃ in diuinis neceſſe eſt pone-
Solo re relatiōes vt videt̃. Sol'o/ dico relatiōes eſſe in
diuinis ſicut ꝓbant vltime rōes ⁊ mō loquoꝛ de re
lationib⁹ que ſunt ꝑſone ⁊ in ꝑſonis ſm̄ modū intel

ligēdi: q2 lȝ realit̃ loquendo relatio nihil ſit in ꝑſo-
na in diuinis/ tñ ſȝ modū intelligēdi diſtinguēs eſt
in diſticto ⁊ ſuppoſita ꝑſona relatio nō ſupponit̃: et
ſic ponim⁹ in vna ꝑſona plures relatiōes. Ad id g̃ Ad p̄mū
qḋ p° obijcit̃ dōm ꝙ relatio dicit ens reſpectiuū qḋ
ad alteꝝ eſt: ⁊ id ē idē cū ſuba/ tñ nō ſupponit̃ ſuppo
ſita ſuba: ⁊ iō ad diſtinctionē ei⁹ nō ſequit̃ diſtinctō
ſube: qḋ em̄ in inferioꝛib⁹ facit diuerſitas rei: hoc in
diuinis facit diuerſitas ſupponēdi: ⁊ eſt inſtātia ad
argumentū: ꝑſona eſt idē oīno cum natura/ ſȝ ꝑſone
ſunt plures: ergo nature pl'es: mutat̃ em̄ p̄dicatum
theologicū/ ⁊ ſic incidit fallacia figure dictiōis vl' eti
am accidētis/ ⁊ lȝ idem ſint/ nō tñ q̄cq̄d cōuenit vni Ad 2m
⁊ alij. Ad aliud dōm ꝙ relatio ī diuis nō ſuat na-
turā accñtis: ſicut mgr̃ ꝓbat in ſequenti pte iſti⁹ le-
ctōis: ⁊ hui⁹ rō dicta eſt ſupꝛa diſtin. viij. q2 nō trāſ-
ſumit̃ in diuina rōne generis/ ſȝ rōne differētie quā
ſuꝑaddit gñi: nec tñ ſequit̃ ꝙ ſit aſſiſtens: q2 cū in in-
ferioꝛib⁹ relatio habeat duo. ſ. accñtis naturā/ ⁊ ꝙ
eſt ad alterū. in diuinis vertit̃ in ſubam: quo ad na
turā accñtis ſicut oīa alia q̄ noīant accñs ⁊ de deo p̄
dicant̃: ⁊ iō relatio q̄ eſt ī inferioꝛib⁹ ineſt relatiuo/ ⁊
ad alteꝝ referri facit: in diuinis eſt relatiuū ſm̄ ſub
ſtantiā ⁊ facit ipm̄ referri ad aliud: ⁊ iō nō eſt extrin- Ad 3m
ſec⁹ aſſiſtens tm̄. Ad aliud dōm ꝙ ſimpliciſſima di
ſtinguunt̃ diſtinctiōe eſſentiali ſiue ſubali/ ſȝ relatio
nō impoꝛtat talē diſtinctionē in diuinis/ ſȝ potius
tres ſunt vnū in eēntia: vñ ſi dicam⁹ punctū a pun-
cto differre in hoc ꝙ vnū eſt pꝛincipiū ⁊ alteꝝ finis/
⁊ vnitatē ab vnitate eiuſdē gñis ī ſimpliciſſimo: po
nem⁹ adhuc diſtinctionē penes relatiōes: ita eſt ī di
uinis: q2 ſicut in ſequenti articulo patebit nihil com
ponit̃ ex hoc ꝙ addit̃ ei reſpect⁹ relationis/ ſȝ adhuc
manet ſimplex ſicut pꝛius: dūmodo tñ reſpectus re Ad 4m
lationis addat̃ ei. Ad aliud dicendū ꝙ relatiōes
aliter ſunt in diuinis ⁊ aliter in inferioꝛib⁹. in diui-
nis em̄ ſunt ipſe relatiōes exiſtentie modi: ſed in in-
ferioꝛib⁹ cauſant̃ ex modis exiſtentie: ⁊ hoc ideo eſt:
quia relationes ſunt diſtinguentes/ ⁊ ſm̄ intellectū
ante relatiua: ⁊ hoc patuit in p̄cedenti queſtione de
ypoſtaſi: ſed tamē adhuc in ſequenti diſtinctiōe erit
de hoc queſtio: ⁊ ideo nō eſt ſubſtantiale relationi ꝙ
conſtituat̃ ex motu/ ſed accidit huic relationi vel illi. Ad 5m
Ad aliud dicendū ꝙ maioꝛ differentia cauſat ma-
ioꝛem diſtinctionē: ⁊ ideo eſſentialit̃ diſtinguit̃ de⁹
a creaturis: ſed a ſuppoſito eiuſdē nature diuine nō
poteſt diſtingui ad ſuppoſitū eiuſdē nature/ niſi di-
ſtinctione minima/ ⁊ hec nō eſt eſſentialis: quia illa
maxima eſt/ ſed poti⁹ diſtinctio relationis: ⁊ ideo ꝑ
relationē neceſſe eſt diſtingui. Ad aliud dicendū Ad 6m
ꝙ bene cōcedo ꝙ aliquid ſeipo refert̃ ad aliud/ ſicut et 7m.
creatoꝛ ⁊ ipa relatio creata/ ſed nō cōcedo hoc de ſub
ſtantia vel alia creatura. Et ad obiectū dicendū ꝙ Ad ꝓbatōȝ
ſi ſeparet̃ relatio creature ab ipſa ſubſtantia creatu-
re ꝙ nō erit iam creatura nec refert̃ ad aliud: ⁊ h̄ nō
eſt incōueniens ſm̄ intellectū: dicit em̄ Boe⁹ in lib.
de ebdo. ꝙ ea que nō ſeparant̃ actu bñ ſeparant̃ in-
tellectu. bene em̄ intelligit̃/ lapis eſſe nō creat⁹. Et Obiectio
ſi obijcis ꝙ pꝛimo nō intellecto nō intelligit̃ ſecun-
dum/ dicendū ꝙ hoc verum eſt de pꝛimo vt pꝛimo: Sol'o
⁊ ſecundo vt ſecundo: ⁊ nō eſt verum de ſecundo ſm̄
id quod eſt: hoc enim bene intelligibile eſt ſine de-
pendentia ad pꝛimū. Ad aliud dicendum ꝙ hoc Ad 8m
non credo eſſe verum ꝙ materia ſeipſa ſm̄ id ꝙ eſt

referaṫ ad formā:qꝛ non dico potentiā que priuatio
eſt eſſe idem om̄ino cū materia/ ſed dico eam eſſe or-
Obiectio dinem materie ad formā. Et ſi dicas/ autē materia
Solo aut forma ⁊c. Dōm ꝙ hoc nō valet: qꝛ potētia ē ens
ſm quid ⁊ nō ſimpliciṫ: vn̄ ſicut motus qui eſt exitꝰ
de potentia ad actū diffiniṫ ꝑ potentiā ad actū/eo ꝙ
eſt exiſtens in potentia ⁊ in actu:ita dico ꝙ potentia
habet aliq̄d rōnis materie ſi referaṫ ad id cuiꝰ eſt/ ⁊
aliq̄d forme ſi referaṫ ad id qđ eſt: ⁊ ideo etiam nō ſe
quiṫ ꝙ nō immediate vniaṫ forma materie: qꝛ potē-
tia nō reduciṫ niſi ad eſſe materie ⁊ forme: licet autē
oīa hec cōcederenṫ adhuc nō ſequiṫ ꝙ ꝑſona ſeip̄a re
ferreṫ ad ꝑſonam aliā ꝓpter cauſam iam dictam: qꝛ
ſeipſis poſſunt aliqua eſſentialiṫ diſtingui/ſꝫ non ꝑ-
ſonaliter in eadē natura exiſtentia: qꝛ illa habet mi-
norem diſtinctionē q̄ȝ eſſentialē.

Arti. VII. G Arg. p̄mo:

## Utrū relatio ſola multiplicet trinitatē.

Ecūdo q̄riṫ vtrū relatio ſola multiplicet tri-
nitatē: videṫ ꝙ nō: qꝛ ſumme ꝑfectōnis ſunt
ꝑſone diuine: relatio aūt inter entia nō ē ſum
me ꝑfectum ens/ ſed potiꝰ minus quolibet alio ente
habens de ente: ḡ videṫ ꝙ relatio nō debeat diſtin-
2º guere trinitatē. Item ens cuiꝰ eſſe eſt ad alterū po-
ſteriꝰ eſt ente cuius eſſe eſt ad ſeipſum. Probatio/ da
to ꝙ nihil ſit ad ſeip̄m nihil erit ad alterū/ ſed nō con
uertiṫ: ḡ ens in ſeipſo prius eſt ente ad alterū ſed en-
te primo debet diſtingui p̄mū omniū ſi aliquoº en-
te diſtinguiṫ: cum ergo ꝑſone ſint in primo/ videṫ ꝙ
3º ente abſoluto debeat diſtingui. Item ſubſtātia nō
cauſaṫ ab ente qđ ad ipſam reduciṫ vt ad ſubiectū ſꝫ
potius cauſat ipſum: ſed relatio in diuinis reduciṫ
ad ꝑſonam ſicut cuiꝰ eſt: ergo nō diſtinguit eam/ nec
4º facit ſm modū intelligendi in eſſe ꝑſonali. Item ſi
relatio multiplicat trinitatē (vt dicit Boeꝰ) multi-
plicat eam per eſſe qđ habet: nō habet aūt niſi eē re-
ſpectiuū: ḡ nō dat ei niſi eſſe reſpectiuū: per hoc autē
nō eſt ſubſtantialiṫ: ḡ perſone diuine nō erāt ſubſtā-
tialiter ſubſiſtentes qđ eſt hereſis Sabellij: ergo vi
Rō ꝓ veritate p̄ma. deṫ ꝙ non ſola relatione diſtinguaṫ trinitas. Sꝫ
cōtra/ entiū aliud eſt ſubſtantia aliud accidēs: ⁊ ſub
ſtantia veriꝰ eſt q̄ȝ accidēs. Item accidentiū aliud
eſt ens abſolutū ⁊ aliud ens reſpectiuū: ⁊ reſpecti-
uum minꝰ eſt q̄ȝ abſolutū: qꝛ innaſciṫ ⁊ auferṫ ſine
mutatione aliqua ſubiecti/ ſic patet ex Boetio: pu-
er em̄ qui naſceṫ ꝑ annū ſm diuerſitatē ſui incremē-
ti in multis faciet ſimilitudinē/ diſparitatē/ equali-
tatē/ inequalitatē que nullo modo mutanṫ ſm illđ
genus mutatiōis: ergo relatio minime habet de en-
te: ḡ ſua multiplicatio maxime cōpetit mľtiplicatio-
ni ſimpliciſſimi: hoc aūt eſt deꝰ: ergo inter oīa pre-
dicamenta nihil ita cōueniēnṫ multiplicat trinitatē
Scđa ſicut relatio. Item Auicenna in prima ph̄ia dicit ꝙ
relatiōis oppoſitio nihil facit cōpoſitū/ deṫ aliquod
ſimplex ſicut eſt deus/ illud habet relatōnē primi ad
ſecūda ⁊ relationē cauſe/ ⁊ multas alias relatōnes
Tertia Item hoc patet in vnitate ⁊ puncto/ que licet ſim-
plicia ſint/ tn̄ ſunt in eis diuerſe rōnes relationū: er-
go relatio nihil reddit cōpoſitū: ḡ ſua multiplicatio
Quarta maxime cōpetit ſimpliciſſimo. Item inter relatōes
quedā ſunt ſimpliciores alijs: q̄dam em̄ immedia-
te ſunt relatiuis/ vt ille que ſunt ſm modū originis
vt cauſa referṫ ad cauſatū ⁊ ecōuerſo: ſed nō ſic ſiḿis
⁊ equalis: qꝛ ille fundanṫ ſuꝑ ens abſolutū/ ſicut ſu
per qualitatē vel quantitatē: ⁊ eodē modo differēs
diſſiḿis et inequalis: ḡ cum relatōes originis ſuper
nihil fundenṫ niſi ſuꝑ ip̄m exiſtens ſimpliciores ſūt
alijs: ḡ ille maxime cōpetunt ꝑſonis diuinis ꝓpter
ſummā ſimplicitatē. Et hoc eſt concedendū ꝙ in nu Solo
mero generū nihil ita cōpetit ſicut relatio/ ⁊ in ſpe-
ciebus relationis nihil ita cōpetit ſicut relatio origi
nis qua alius eſt ab alio/ ⁊ per hoc diſtinctus ab eo.
Dōm ergo ad primū ꝙ quicq̄d eſt in diuinis eſt ꝑfe Ad p̄mū.
ctiſſimū: cum em̄ p̄dicatiōes inferioꝝ in diuina refe
rimꝰ om̄ia imꝑfecta reijcimꝰ. ⁊ ideo ꝙ relatio ē ens
imꝑfectum nō referṫ ad ſuperiora/ ſed potius qđ eſt
nō varians in eſſentia ſimpliciſſimū/ ⁊ ipſum eſt ꝑfe
ctiſſimū inquantū eſt in diuinis/ lꝫ imꝑfectū ſit in ſe
Ad aliud dicendū ꝙ hoc eſt verū vbi eſſe ad alterū Ad 2m
eſt vt natura accidentis. hoc aūt non eſt in diuinis/
ſicut prius habitū eſt: immo relatio in illa parte acci
pit ſubſtantie p̄dicatōnē. Ad aliud dōm ꝙ optet cō Ad alia
cedere qđ dicit Augꝰ ꝙ in om̄ibꝫ pater ⁊ filiꝰ ſūt vnū
preter id qđ ad alterū eſt: tn̄ illud eſſe ad alterū com-
plectiṫ illud qđ ad alterū eſt eē verū ſuppoſitū ⁊ ve-
rā eē ꝑſonā: qꝛ hec in diuinis nō repugnant.

## Quid ſit notio ⁊ in quo differt a relatione. Arti. VIII H

Inde queriṫ de notiōe: ſcꝫ quid ſit notio: ⁊
in quo differat a relatione: dicit aūt Boeciꝰ Notio ⁊ relatio dr̄nt
ꝙ notio eſt ſimplex cōceptꝰ mentis: talis au
tem nō eſt niſi vniuerſale depuratū a materia ⁊ ap-
pēditijs materie: ḡ videṫ ꝙ notio ſit idem qđ vniuer
ſale. Itē mgr̄ vult ꝙ notio ſit qua ꝑſona cognoſciṫ
ſed relatione cognoſciṫ ꝑſona: ḡ videṫ ꝙ relatō ſit no
tio. Sꝫ cōtra/ relatiuū ē cuiꝰ eſſe eſt ad aliud ſe ha- Arguiṫ p̄o
bere: ḡ nō diffinite eſt relatio vniꝰ ꝑſone: notio autē
daṫ ꝑſone vni: ergo relatio nō eſt notio. Item aliq̄ 2º
eſt notio que nō eſt relatio ſicut ingenitꝰ qđ negatio
nem ſonare videṫ: ḡ videṫ ꝙ non om̄is notio ſit rela
tio in diuinis. Item in inferioribꝫ notio rei abſtra- 3º
hiṫ ab eo quo res eſt id qđ eſt. Id em̄ qđ eſt princi- 4º
piū formale eſſendi rem: eſt etiā principiū intelligē-
di eam: ḡ videṫ ꝙ notiones in diuinis magis debe
ant ſumi a ꝑte eſſentie q̄ȝ a ꝑte ꝑſonaꝝ. Solō dōm Solo.
ꝙ relatio ⁊ notio ſm nominū intentiones differūt: ad obiectu.
qꝛ ſicut ꝓbat obiectio notio eſt quo ꝯgnoſciṫ res: re-
latio aūt quo referṫ ad aliud: ſed tn̄ in diuinis non
accipiṫ om̄ino ſm diffinitionē Boecij: qꝛ in diuinis
nō ē vľe: ⁊ p̄terea a cōmuni ꝑſonaꝝ nō accipiṫ notio
ꝑſonarū: ſed potiꝰ a proprio: ⁊ hoc ideo fit: qꝛ cōmu
ne nō eſt principiū intelligendi ꝓpriū. vn̄ cum ꝑſone
in ratione ꝑſonaꝝ cognoſcanṫ ꝓprijs ſuis oportuit
accipere notiones facientes cognoſcere ex ꝑte ꝓprio
rū ⁊ nō ex parte cōmunis: ⁊ ꝑ hoc patet ſolutio ad p̄
mū ⁊ vltimū. Ad aliud dōm ꝙ relatio ⁊ notio quā Ad 2m
doqꝫ ſunt idem in ſuppoſito: ſed tamen ſm nominū
intentiones nō ſunt idem: ⁊ ideo ſm ſuppoſita non
conuertunṫ: quia ingeneratio nō dicit relationē ni
ſi large loquendo ꝓut dicit Augꝰ infra diſtin. xxviij
ꝙ negatio eſt in eodē gn̄e cum ſua affirmatione: ⁊ ꝑ
hoc patet ſolutio ad totum.

## Itē quid in diuinis dicat ꝓprietas ⁊ quō differant ꝓprietates vere: ⁊ quō differāt ꝓprietates a relationibꝰ ⁊ notionibꝰ. Arti. IX I

Inde queriṫ de ꝓprietate: Dicit em̄ ph̄us
ꝙ ꝓprium eſt qđ cōuenit omni ⁊ ſoli ⁊ ſemꝑ
Hic aūt ꝓpriū nō cōuenit oī: qꝛ qđ cōuenit Arg. p̄mo
patri nō cōuenit filio: ḡ videṫ ꝙ nō ſint vere ꝓprie-

2o tates que hic aſſignanť. P. dicit Boe⁹ ꝙ ꝓpriū eſt
de ꝯñtib⁹ ſpēm: ſupra aūt ꝓbatū eſt in q̄one de ypo-
ſtaſi ꝙ ꝓprietates ꝑſonaꝝ ꝑ intellectū ſunt añ ypo-
ſtaſes licet realiter ſint ſemper ſimul: ergo videť ꝙ
non ſint ꝓprietates / ſed potius forme ſubſtātiales.
3o P. videť ꝙ nō oīs ſunt ꝓprietates: q2 q̄dam ſunt
que cōueniūt plurib⁹ / vt principiū ſiue ſpiratio acti-
ua que cōuenit patri ⁊ filio: ğ illa magis eſt cōmune
q̄ſtiūcula. q̄ꝫ ꝓprium. Item q̄riť in quo differant ꝓprietates a
Arg. p̄mo relationib⁹ ⁊ notionib⁹ / ⁊ videť ꝙ in nullo. In diui
nis eñ nō ponunť a doctorib⁹ niſi tria. ſ. notio / ꝑſo-
na ⁊ eſſentia: ğ ad aliqđ iſtoꝝ reduciť oīe qđ ē in di
uinis / ſꝫ ꝓprietates nō pñt reduci ad ꝑſonas nec ad
eſſentiā: ğ reducunť ad notiones: ğ videť ꝙ idem ſit
2o ꝓprietas ⁊ notio. Item q̄dam ſunt que inueniunť
in ꝑſonis non cōſtituentes ipſas ꝑſonas ſicut inna-
ſcibilitas nō facit patrem eſſe patrē: cum ergo ꝓprie
tates cōſtituāt numerū ꝑſonarū / videť ꝙ huiuſmo-
Sol'o di nō ſint ꝓprietates. Sol'o dicendū ꝙ intellectus
ꝓprietatis eſt vni ſoli ꝯuenire ⁊ ſemꝑ: ⁊ ideo quicq̄d
inueniť in ꝑſona qđ vni ſoli cōuenit ⁊ ſemꝑ hoc eſt ꝑ
ſone ꝓprietas. Et ex hoc pꝫ ꝙ nulla ꝓprietatū eſſen-
tialis eſt: q2 qđ eſſentiale eſt cōmune eſt ⁊ oīb⁹ cō-
Ad p̄mū uenit. Ad primū ergo dicendū ꝙ ph's aſſignat pro-
priū ſpeciei: ⁊ q2 ſpecies eſt de multis et in multis:
ideo neceſſe eſt ꝙ illud ꝓprium oīb⁹ ſuppoſitis ſpe
ciei conueniat ⁊ ſoli ſpeciei ⁊ ſemꝑ / eo ꝙ ſemꝑ ſequiť
eſſentialia principia ſpeciei / ⁊ ſicut eēntialia non re
linquūt rem cui⁹ ſunt eēntialia: ita nec illud qđ im-
mediate ſequiť ex illis. Sed ſancti aſſignant ꝓpriū
ꝑſonarū ⁊ nō nature cōmunis: ⁊ ideo nō eſt neceſſe ꝙ
Ad 2m iſta ꝓpria omnib⁹ cōueniāt. Ad aliud dōm ꝙ licet
ph's in topicis dicere videať ꝙ ꝓpriū aliquādo eſt
de priorib⁹ natura / tñ in veritate eſſentia ꝓprij ſem-
per eſt de poſteriorib⁹: q2 ſi dicať / homo eſt anīal di-
ſcipline ꝑceptibile / id qđ eſt ibi pri⁹ natura q̄ꝫ homo
magis facit ad ꝓprij bonitatē q̄ꝫ ad eſſentiā ipſi⁹: q2
dicit Boe⁹ ꝙ licet ꝓprium ſemꝑ comiteť ſubiectū et
vbiq̄ꝫ / tamē q2 nō eſt de cōſtituentib⁹ ipm / eſt de ge-
nere accidentiū / ſed hoc mō nō accipiť ꝓpriū in diui
nis / ⁊ eſt diſſimilitudo in duob⁹: q2 a ph'is aſſignať
ꝓprium nature cōmunis que eſt ſpēs ⁊ non ypoſta-
ſis incōmunicabilis: in diuinis aūt aſſignať ꝓpriū
incōmunicabilis ⁊ nō nature cōmunis. Alia diſſi-
militudo eſt ꝙ ꝓpriū in inferiorib⁹ nō cōſtituit id cu-
ius eſt ꝓprium / ſed poti⁹ ꝯſtituiť ab illo. In diuinis
aūt ſm rōnem intelligendi eſt ecōuerſo: ⁊ ideo nō eſt
eiuſdem rōnis in toto ꝓprium creatoris ⁊ creature.
Ad id qđ ſe Ad aliud dicendū ꝙ in diuinis nō ponim⁹ formas
quiť ex ſecū ſubſtantiales duab⁹ rōnib⁹ / quarū vna eſt: q2 for-
do ⁊ ad 3m. ma componit: ꝓpriū aūt nō facit eſſentialē cōpoſitio
nem: q2 nō eſt de eſſentia / vñ tranſſumptū nomen ꝓ
prij in diuina nō indicat cōpoſitionē eſſentialē. Alia
ratio eſt: q2 forma ſubſtātialis eſt forma ꝑtis que eſt
materia: ꝓpriū aūt nomen ꝑfecti: ⁊ ideo magis com-
Ad q̄ſtiūcu petit diuinis nomē ꝓprietatis q̄ꝫ nomē forme. Ad
lā ⁊ etiā ad aliud dōm ꝙ ꝓprietates a relatione differūt ſm no-
tertiū. men / ⁊ quādoq̄ꝫ etiā ſm ſuppoſitū. ſm nomen ꝙ re-
latio eſt ad alterū: ꝓprietas aūt nō reſpicit niſi id cu
ius eſt ꝓprietas ſm ſuppoſitū: q2 cōmune pluribus
bene poteſt eſſe relatio / non tamen pōt eſſe ꝓprietas
ꝓprie loquēdo / ſicut eſt cōmunis ſpiratio relatio pa-
tris ⁊ filij ad ſpiritū ſanctū / nō tamē eſt ꝓprietas / ⁊ ſi
militer innaſcibilitas ꝓprietas ē ⁊ nō relatio niſi lar-
ge ſumendo relationē / ſicut infra determinabiť. Ad Proṗetas
aliud dicendū ꝙ differentia eſt in ꝓprietatib⁹: quia ꝑſonal' ⁊ ꝑ-
quedā a ꝑpoſitiuo dicunť ꝑſonales: quedam ꝓprie- ſone drūt
tates ꝑſone tm̄. Perſonales ſunt ille a quib⁹ ſm ra
tionē intelligendi cōſtituunť ⁊ denoīanť ꝑſone / vt
paternitas / filiatio / ſpiratio paſſiua. Proprietates
aūt ꝑſone ſunt que inueniunť in ꝑſonis / ita ꝙ vni ſo
li ꝯueniūt / vt innaſcibilitas in patre: ⁊ ex his patet
ꝙ ꝓprietas ꝑſonalis ⁊ ꝓprietas ꝑſone ſe habent / ſi-
cut ſuperi⁹ ⁊ inferi⁹: q2 oīs ꝓprietas ꝑſonalis eſt
etiā ꝓprietas ꝑſone / ſꝫ nō cōuertiť. Proprietas au-
tē perſone ⁊ relatio ſe habent ſicut excedētia ⁊ exceſ-
ſa: quia q̄dam relatio eſt ꝓprietas ꝑſone / vt paterni-
tas / ⁊ quedā nō vt cōmunis ſpiratio: ⁊ ecōuerſo q̄-
dam ꝓprietas ꝑſone etiā eſt relatio vt filiatio / ⁊ que
dam nō vt innaſcibilitas. Ulteri⁹ patet ꝙ ꝓprie- Proṗetas
tas ꝑſonalis ⁊ relatio ſe habēt ſicut inferius ⁊ ſupe ꝑſonalis / ꝑ
rius: q2 omnis ꝓprietas ꝑſonalis eſt relatio / ſꝫ non ſone ⁊ notō
cōuertiť: q2 cōmunis ſpiratio eſt relatio / nō tamē ꝓ- ⁊ relatō dif
prietas ꝑſonalis. Item vlteri⁹ patet ꝙ tam ꝓprie- ferunt.
tas ꝑſone q̄ꝫ ꝑſonalis ſe habēt ad notionē vt ſuperi⁹
⁊ inferi⁹: q2 oīs ꝓprietas ſiue ꝑſone ſiue ꝑſonalis
eſt notio / ſed nō conuertiť: q2 cōis ſpiratio eſt notio /
⁊ nō ꝓprietas. Relatio aūt ad notionē ſicut inferi⁹
ad ſuū ſuperi⁹ ſe habet: q2 oīs relatio eſt notio / et
nō cōuertiť / eo ꝙ innaſcibilitas eſt notio ⁊ nō rela-
tio niſi large ſumendo relationē vt dictū eſt. Item Notiones
vlteri⁹ ex hoc patet ſm cōmuniorē opinionē que fe- q̄nq̄ꝫ.
re ab oīb⁹ defendiť hodie ꝙ quinq̄ꝫ ſunt notiones Quattuor
ſcꝫ innaſcibilitas / paternitas / filiatio / cōmunis ſpi- relatiōes.
ratio actiua ⁊ ſpiratio paſſiua. Quattuor aūt rela- Quattuor
tiones / paternitas / filiatio / cōmunis ſpiratio ⁊ ſpi- ꝓprietates
ratio paſſiua. Quattuor etiā ꝓprietates ꝑſone / in- ꝑſone.
naſcibilitas / paternitas / filiatio ⁊ ſpiratio paſſiua. Tres ꝓṗe-
Tres aūt tm̄ ꝓprietates ꝑſonales: ſcꝫ paternitas / tates ꝑſona
filiatio ⁊ ſpiratio paſſiua. les.

Utrum in diuinis ſint tm̄ tres relationes Arti. X
⁊ ſint ibidē aſſiſtentes. R

Einde queriť de hoc qđ dicit in littera. [Eſt
D ꝓpriū ſoli⁹ patris non q2 nō eſt nat⁹ ipē ⁊c̄.]
ſ. a. Hoc eñ videť falſum: quia infra diſtin. Arg. p̄mo
xxviij. dicet ꝙ innaſcibilitas eſt ꝓprietas patris eo
ꝙ ſoli patri cōuenit: ergo ꝓpriū eſt patris / eo ꝙ ſoli
patri cōuenit: ğ ꝓpriū eſt patris: q2 non eſt nat⁹ ipē:
⁊ hoc negat hic. Item ex hoc videtur accipi ꝙ hoc
dicit ꝙ ꝓprietates ſūt tres ⁊ nō plures. Et ſi dicas 2o
ꝙ intelligiť de ꝓprietatib⁹ ꝑſonalib⁹ tm̄ quas mgr
hic ⁊ in ſequēti diſtin. tm̄ determinat / videť ꝙ rela-
tiones ſint infinite ſic / q̄cq̄d ſine oīi mutatiōe ꝑſo-
ne ⁊ ꝑ accidens innaſciť / ⁊ ex habitudine alteri⁹ ad
ipm / hoc multiplicať ſm illas habitudines. relatio
ſic innaſciť: ğ multipliciť ſm habitudines alioꝝ ad
ipſum. Prima ſupponiť a Boetio in libro de trini.
⁊ ab Auicenna in prima ph'ia. Inde ꝓcedo vlterius
habitudines alioꝝ ad qđlibet entiū ſunt infinite / ⁊
vadunt ⁊ veniūt cōtinue: ğ infinite ſunt relatōes in
quolibet ente: ergo multomagis in deo q̄ ſe immedia
tius habet ad quodlibet ens q̄ꝫ aliqđ ens creatū ad
aliud. Item videnť etiam ab eterno relationes in- 3o
finite in deo fuiſſe: habitudo eñ vnius ad alterum
facit relationem / ſed ſm quodlibet attributū ſe ha-
bet vn⁹ ad alium ab eterno ꝓpter qđ dicunť equa-
les / ſimiles / idē ⁊ hmōi: ergo cū huiuſmōi attributa

infinita ſint videnꝰ hmōi habitudines eſſe infinite:
4o ⁊ ſic ab eterno multe fuerūt relationes. Jtē ab eter
no fuerūt in deo omniū rerū rōes que nō pl'al'r pñt
dici rōes niſi per reſpectū ad res creandas. ḡ ille ra-
tiones ab eterno fuerūt in ipſo ⁊ infinite: non ḡ ſunt
Sol'o tm̄ tres. Si dicas ꝙ ille nō cōſtituūt pſonas ſʒ iſte
Obiectio Cōtra/ maioris diuerſitatis reſpectꝰ eſt ad res di-
uerſas in ypoſtaſi ⁊ natura q̄ʒ reſpectus ad res di-
5o ſtinctas in ypoſtaſi tm̄ ⁊ non natura/ ſed nō diſtin-
guit pſonas reſpectꝰ primꝰ: ḡ nec ſecundꝰ. P̄. vide
tur ꝙ hmōi relatiōes infinite ab eterno exiſtentes in
deo fuerint aſſiſtentes ⁊ nō deꝰ/ ⁊ ſunt obiectiones
Gilberti porretani ⁊ ſymonis tornaceñ. aut eñ eo
pater deꝰ eſt quo pater eſt/ aut alio. ſi eodē/ ſʒ eētia
deꝰ eſt qua etiam filiꝰ eſt deus: ḡ filiꝰ eſt pater. Vel
ſic/ paternitate pater eſt: ḡ paternitate deꝰ eſt/ ⁊ cum
filiꝰ ſit deꝰ/ filiꝰ paternitate deꝰ eſt qđ eſt incōueni-
ens. Si alio: ḡ aliqđ eſt in deo qđ nō eſt deus: ſi ali-
ud/ ⁊ tunc habeo ꝓpoſitū ꝙ relatō deo aſſiſtit ⁊ nihil
6o eſt in ipſo. Jtē in poſterioribꝫ ſupponiꝰ iſta/ vt īme
diata ſuba non eſt quātitas: ḡ a ſil'i: ⁊ hec ſuba nō eſt
relatio: qꝛ generaliſſimū in vtraqꝫ gr̄a ſui ⁊ nō alte-
rius remoueꝰ a gn̄aliſſimo primo: ḡ relatiōes etiam
7o in diuinis nihil p̄dicant in diuinis. Jtē hoc exp̄ſſe
dicit Boeꝰ ꝙ relatio nihil p̄dicat in eo cuiꝰ eſt rela-
tio/ ſed aſſiſtit ei/ ⁊ dicit q̄liter ſe habeat ad aliū: ḡ vi
8o deꝰ ꝙ relatiōes aſſiſtant/ ⁊ nō ſint deus. Jtem Ri
chardꝰ de ſan. vicꝰ. dicit ꝙ relatio nō tam genus eſt
entis q̄ʒ ens in omni gn̄e entiū reſperſum: ḡ videꝰ ꝙ
ip̄m ſit magis ratio q̄ʒ natura aliq̄: qꝛ nihil in re eſt
Rōes in ꝯ- reſperſum in om̄i gn̄e entis. Sed cōtra Augꝰ ſup̄
riū prima dixit diſtin. xxj. ꝙ ſi deꝰ nō ea magnitudine eſt ma-
gnꝰ que ipſe eſt/ ſʒ participatiōe ꝙ maior eſt ſua ma-
gnitudo q̄ʒ ipſe: ḡ a ſimili ſi nō ea paternitate paꝰ eſt
2a q̄ ipſe eſt paternitas ſua maior eſt q̄ʒ ipſe. Jtem obij
ciꝰ fortiꝰ aut porretanꝰ ponit relatōnē ſuā aliqđ eſſe
ens in diuinis/ aut nihil. ſi aliqđ/ tūc oꝑtet ꝙ ſit ſub
ſtātia vel accn̄s/ ſi accidens erit in aliquo ſubiecto ⁊
illud erit compoſitū variatū p accidēs q̄ om̄ia abſur
de de deo intelliguntꝰ: ſi eſt ſubſtātia tunc habeo ꝓ-
poſitū ꝙ nō aſſiſtit/ ſed eſt ſuba ip̄m relatiuū. Si au
tē nihil eſt: ḡ cū pſone non diſtinguanꝰ niſi ſolo eo qđ
ad alterū eſt/ vt dicit Augꝰ ⁊ fides catholica pſone
nullo diſtinguunꝰ: qđ aūt nullo diſtinguiꝰ omnino
nihil eſt: ḡ pſone om̄ino nihil ſunt niſi noīa ſola qđ ē
3a hereſis ſabellij. Jtem q̄cq̄d diſtinguiꝰ p aſſiſtēs ex-
trinſecus tm̄: illđ nō diſtinguiꝰ ab alio ſeipſo/ pſone
diuine diſtinguunꝰ relatōe aſſiſtente extrinſecꝰ tm̄/
ḡ nō diſtinguunꝰ tm̄ ſuis ypoſtaſibꝫ ⁊ ſeip̄is: ⁊ h̄ ite
4a rū vicinū eſt hereſi Sabellij. Jtē illud aſſiſtens ab
eterno deo aut ē ens creatū aut increatū: ſi creatū: ḡ
creatū eſt ab eterno qđ eſt repugnātia intellectꝰ: qꝛ
creatū oppoſitā rōnem habet eterno. Si increatū: ḡ
eſt deus vel duo dij/ vel etiā creati vel infiniti erant
Obiectio qđ falſum eſt. Si aūt dicas ſicut dicūt quidā mo-
dernoꝝ ꝙ relatio eſt mediū entis ⁊ nō entis: eo ꝙ ip
ſa eſt rō rei ⁊ nō res: nec eſt etiā rō rei abſolute: ſʒ eſt
Sol'o. rō cōparatiōis rei ad aliā rem. Cōtra iſta ratio aut
aliquid ponit in re extra mentē rōcinātis/ aut nihil
ſi aliqđ ponit tūc habeo ꝓpoſitum: qꝛ tunc erit genꝰ
entis ⁊ nō rō ſola. ſi nihil: ḡ ratio eius eſt caſſa ⁊ va-
na/ ⁊ qđ magis difficile eſt/ ex hoc ſequiꝰ ꝙ pſone di
uine que nō niſi eo qđ ad alterū eſt diſtinguunꝰ non
differūt niſi rōne ſola ⁊ nō realiter diſtinguanꝰ: qđ

qꝛ dixit Sabelliꝰ cōdemnatꝰ eſt ꝓ heretico. P̄. in 5a
p̄fatiōe cantat eccl'ia: in pſonis ꝓprietas: in eſſentia
vnitas ⁊ in maieſtate adoreꝰ equalitas. Si ḡ ꝓprie-
tas in pſonis adoranda eſt vt deꝰ nō erit aſſiſtēs vt
extrinſecus adherēs tm̄. Sol'o dōm ꝙ opinio por Sol'o
retanoꝝ et falſa et heretica eſt: ⁊ ab alexandro papa
in cōcilio remenſi cōdemnata: vñ dicimꝰ nec infini-
tas relatiōes ab eterno eſſe nec etiā relatiōes aſſiſte
re nec relatiōes nihil eſſe/ ſed cōfitemur relationes
quattuor ab eterno/ ⁊ has deū eſſe/ ⁊ relatiōes etiāʒ
in inferioribꝫ aliqđ eſſe ⁊ ineſſe ⁊ adeſſe: in ſuperio-
ribꝫ aūt nec adeſſe nec ineſſe ꝓprie loquendo: ſed eſſe
ipſa relatiua vt ſup̄ determinatū eſt. Ad primū er- Ad primū
go dōm ꝙ ſunt quedā relatiōes ſm rem exiſtētes in
vtroqꝫ relatiuorū in inferioribꝫ/ vt ille q̄ innaſcunꝰ
mutatione vtriuſqꝫ ſicut om̄s relatiōes originis/ ⁊
he relatiōes veriſſimū dicūt correſpectū ad ſeinuicē
⁊ ſemp exigunt diuerſas ypoſtaſes in q̄bꝫ ſint/ ſic pa
ter ⁊ filiꝰ: nunq̄ʒ eñ eſt paꝰ in inferioribꝫ niſi ſui mu
tatiōe/ nec vnq̄ʒ filiꝰ alteriꝰ mutatione ſʒ ꝓpria. Sʒ Nota rela-
quedā alie ſunt dicte q̄dē ſp ad cōuertentiā ⁊ ad ſein tionū natu
uicē/ ſed nō innaſcunꝰ ex vtriuſqꝫ mutatōne neceſſa rā pulchre.
rio ſʒ alteriꝰ tm̄/ ⁊ ille ſunt que nō ſunt ſimplices ſed
fundanꝰ ſup aliud ens quantitatis vel qualitatis/
vel aliud hmōi/ ſicut ſimilis/ equalis/ dexter/ ſini-
ſter ⁊ hmōi. Et quedā ſunt relatiua q̄ nec vtriuſqꝫ re
latione ad cōuertētiā dicunꝰ/ nec vtriuſqꝫ mutatiōe
innaſcunꝰ/ vt ſciētia ⁊ ſcibile/ ⁊ vnū ⁊ multū/ vt di-
cit Dyoꝰ ⁊ ph̄s/ vt creator ⁊ creatura: nō eñ ſequiꝰ
ſi ſcientia ad alterū eſt ꝙ ⁊ ſcibile ſm id qđ eſt ad alte
rū ſit/ nec etiā ſequiꝰ ſi mutatꝰ eſt ſciēs ꝙ mutatū ſit
ſcibile. Vñ qꝛ primo mō dicta relatio veriſſimū ha-
bet eſſe relationis ⁊ ſimpliciſſimū ſolum illa ablata
mutatione a relatiuis tranſſumiꝰ in diuina/ vt priꝰ
diximus. Et ſi obijcias mihi ꝙ in inferioribꝫ om̄is Obiectio
relatio fundaꝰ in alio ente cum ſit accn̄s/ ⁊ accidentiſ
eſſe eſt ineſſe. Rñdeo ꝙ nō ſic intelligo fundari in Sol'o
alio ente/ ſʒ potiꝰ fundari in alio ſicut in cauſa nō in
ſubiecto/ ſic̄ dicit ph̄s ꝙ vnū in ſuba facit idē/ ⁊ vnū
in q̄ntitate equale/ ⁊ vnū in q̄litate ſil'e: cū tñ vtrūqꝫ
ſcʒ ⁊ equalitas ⁊ quātitas in vno fundenꝰ ſubiecto
qđ eſt ſuba: ita aūt nō ſubſterniꝰ aliqđ in quo ſit pa-
ternitas vel filiatio vel aliqua relatio originis: qꝛ
origo eſt ſm ſubam ypoſtaſis: ⁊ iđo relatō talis im-
mediatū habet originē ad ypoſtaſim originantē vel
originatā. Dōm ḡ ad primū ꝙ mgr̄ Hugo nō que- Ad p̄mū
rit niſi pſonales ꝓprietates tm̄ que ſunt relatōes lʒ
nō ſole. Ad aliud dōm ꝙ relatiōes que realiter exi Ad 2m
ſtunt in relatiuo ſm originē nō ſunt infinite/ vt iam
patuit: ſed relatiōes que nō ſurgunt ex origine ſʒ ex
mutatione alteriꝰ meo iudicio nō ſunt relatiōes rea
les in vtroqꝫ ſʒ in vno tm̄/ ⁊ in altero rō correſpectꝰ
⁊ nō res relatiōis: ⁊ hec rō nō eſt vana: qꝛ fundaꝰ in
habitudine reſpectꝰ realis in altero relatiuorū. Ad Ad 3m
aliđ dōm ꝙ habitudo vniꝰ ad aliū ſm attributa nō
eſt habitudo ꝓprie ſʒ vnitas diſtinctoꝝ: ⁊ illa nō im
portat aliā realē relatōnē niſi diſtictoꝝ ſub illo vno
⁊ iđ cū nō ſit relatō diſtinguēs niſi quadruplex non
erūt plures relatiōes q̄ʒ quattuor ab eterno. Sil'r
⁊ equalis ⁊ ſimilis rōne eiꝰ in quo eſt ſil'itudo ⁊ eq̄-
litas nō dicunt relationē/ ſʒ rōnem equaliū ⁊ ſimili
um/ ⁊ tūc importāt eaſdē quattuor relatiōes diſtin-
guendo/ ſicut ſup̄ dictū eſt/ diſtinc. xviij. Ad aliud Ad 4m
dōm ꝙ reſpectꝰ rōnū eternarū eſt rō ⁊ nō res diuer-

Queſtiūcľa ſa a deo. Et ſi q̄ras in quo fuerit illa ratio. Dico ꝙ rō
Solō tribꝫ modis dicit̄.ſ.in aptitudine rei de qua eſt:⁊ ſic
eſt in potentia ⁊ in ratione rōcinantis creati ⁊ in rō-
ne creatoꝛis. Primo aūt ⁊ vltio modo rō potuit eſſe
ab eterno: qꝛ nihil aliud ponit q̄ꝫ deū. medio vō mō
Ad obie- nō vñ ex hoc nihil pōt ꝓbari. Ad aliud dicendū ꝙ
ctionem. quo ad q̇d eſt maioꝛ diſtinctio in relatiōe reſpiciēte di
uerſum eſſe in natura ⁊ hypoſtaſi q̄ꝫ ad diſtinctum in
hypoſtaſi tm̄ ⁊ quo ad quid non eſt verum:maioꝛ em̄
eſt diſtinctio que fundatur ſuper maioꝛem/id eſt ma
Obiectio gis diſtincta ſic verum eſt:ſed non facit relatio ſed po
Solō. tius fit ex illo. Si autem dicatur maioꝛ diſtinctio a
magis diſtinguēte relatione nō eſt verū:qꝛ nulla ita
diſtinguit ſicut illa que eſt ſm oꝛiginē:qꝛ de illa dicit
Ad 5m Anſ. ꝙ nec intellectus capit nec rō ꝑmittit ꝙ in eodē
ſuppoſito oppoſiti reſpectus eſſe poſſint. Ad aliud
dicēdū ꝙ ea re pꝛ eſt q̄ deꝰ eſt/ſꝫ nō ea rōne ⁊ mō ītelli
gēdi q̇ modꝰ intelligēdi in diuis nō nihil eſt:ſꝫ potiꝰ
realiter ſignificabiľ cū ſuppoſita deitate nō ſupponat̄
Ad 6m paternitas:vt cū realiter loquētes dicimus paterni
tas diſtinguit ⁊ deitas nō diſtinguit/⁊ tūc nō ꝓcedit
obiectio vt patet ꝑ ſe cuilibet. Ad aliud dicendū ꝙ
ſicut ſup̄ habitū eſt diſtinctiōe. viij. Deus ſine q̄ntita
te magnus eſt nō tn̄ ſine relatiōe relatus:ſm aliquid
Ad 7m em̄ pōt trāſferri relatio ſm qꝺ tranſferri nō poteſt in
diuinā pꝛedicationē q̄ntitas/⁊ huius rō ibi dicta eſt/
⁊ ibi querat̄. Ad aliud dicendū ꝙ Boecius inten-
dit ꝙ nihil p̄dicat abſolutū ſm ꝙ relatio:qꝛ ſic eſt ha
Ad 8m bitudo quedā ad alteꝝ. tn̄ ſm id qꝺ ē aliq̇d p̄dicat in
relatiuo in inferioꝛibꝫ ⁊ eſt ip̄m relatiūū in ſupꝛioꝛibꝫ.
Ad aliud dicendū ꝙ Rich. nō loq̇t̄ ſm ꝙ eſt natu-
ra quedā diuiſa ꝯ alia entia ſed ſm ſuppoſitū ſuum ⁊
cauſam:cauſat̄ em̄ aliquo modo ab omnibꝫ generibꝫ
entiū ſed tn̄ eſt natura quedā diuiſa cōtra omne ens.

## Arti. XI. L Quō ⁊ penes quid differant notiones in diuinis ⁊ an ꝓpꝛietates plures q̄ ſunt in vna ꝑſona differant in illa.

Einde querit̄ de hoc qꝺ dicit [Ecce breuiter
Arguit̄ pᵒ D aſſignauit tres ꝓpꝛietates triū ꝑſonarū ⁊c̄.]
ſ.b. Ex hoc em̄ videt̄ ꝙ notiōes ſm ꝓpꝛieta-
tes differant/⁊ queritur qua differentia:in diuinis
enim non eſt differentia/niſi que eſt ſm oꝛiginem ꝙ
vnum eſt ex alio:talis autē differentia nō eſt in notio
nibꝫ:qꝛ vna nō eſt ex alia:paternitas em̄ nunq̄ꝫ ꝓdu
2ᵒ cit filiationē. P. hec eſt falſa paternitas generat:ſꝫ
hec eſt vera paternitas diſtinguit:g̃ paternitas nihil
Queſtiūcľa ꝓducit:g̃ videt̄ ꝙ nō differāt in diuinis. Ulterius
ſubtilis. querit̄ qꝺ magis ē difficile vtrū ꝓpꝛietates plures q̄
Arguit̄ pᵒ ſunt in vna ꝑſona differāt in illa: Uidet̄ ꝙ ſic: qꝛ cū
ꝙ differāt. nō ſint niſi in ꝑſona illa:ſi ī illa nō haberēt differētiā
2ᵒ ſimpľr nullā haberēt. P. hec eſt falſa īnaſcibilitas
in pꝛe eſt paternitas in patre:g̃ cū nō fiat remotio vľ
negatio vniꝰ ab alia niſi rōne diuerſitatis/videt̄ ꝙ
ille ꝓpꝛietates in ꝑſona in qua ſunt habeāt diuerſita-
3ᵒ tem. Itē quicq̇d in aliq̄ habet numerū/neceſſe eſt
vt in eodē habeat diſtinctionē ſed dicimus ꝙ tres ꝓ-
pꝛietates vel relatiōes vel notiōes ſunt in patre:due
notiones ſunt in filio:g̃ in patre ⁊ filio notiōes ille di
Rō ꝙ non ſtinguūtur. Sed cōtra ſicut ſe habēt ꝑſone ad eſſē
differāt op- tiā/ita notiōes ad ꝑſonā:ſed ꝑſone in eſſentia nō di-
poſita. ſtinguūtur ſed vnū ſūt:g̃ notiōes in ꝑſona nō diſtin-
Solutio guūtur/ſed vnū ſunt vt videt̄. Solō dicendum ꝙ
notiōes diſtinguūtur ſeip̄is:ꝓncipia em̄ quibꝫ diſtin
guūtur res ab inuicē ſeip̄is diſtinguūtur vt hō ⁊ aſi-
nus differūt differētijs ſpecificis ⁊ ip̄e differētie non
alijs differētijs ſed ſeip̄is differūt. Ad id qꝺ cōtra Ad pꝛimū
obijcit̄ dicendū ꝙ diſtinctio ſm oꝛiginē eſt duplex.ſ. et 2m
ad id qꝺ eſt ab oꝛigīe vel oꝛigo ⁊ ad id qꝺ eſt oꝛiginis
rō ⁊ hoc ſcꝺo mō diſtinctio ſm oꝛiginē oꝛiginis rōnē
retoꝛquet̄ ad diſtinctionē notionū ⁊ ꝑ hoc patet ſolu
tio etiā ad ſcꝺm. Ad id qꝺ vlterius q̄rit̄ dicēdū ꝙ Ad q̄ſtiūcu
notiōes nō ſunt niſi in ꝑſonis ⁊ in ip̄is habent diſtin lam.
ctionē. Ad id qꝺ cōtra obijcit̄ dicendū ꝙ ꝑſone nō Ad rōnē op
ita vniūtur in eſſentia ꝙ ſint vna ꝑſona ſed potiꝰ ſunt poſitā ⁊ vl-
vna eſſentia: ⁊ ideo dicunt̄ vnū nō vnus. ita etiā no timam.
tiones nō ita vniūtur in ꝑſona ꝙ efficiātur vna no-
tio ſed efficiūtur vna ꝑſona/que tn̄ non componit̄ ex
eis ſicut nec eſſentia ex ꝑſonis: ſed verū eſt ꝙ notiōes
nō dicunt̄ vnū ꝓpter vnitatē ꝑſone in qua ſunt: qꝛ li
vnū in neutro genere retoꝛquet̄ ad eſſentiā. vñ notio
nes nō ſunt vnū ꝓpter ꝑſonā ſed ꝓpter eſſentie ſimpli
citatē:a ꝑſona aūt nō habēt diſtinctionē nec etiā vni-
tatē: qꝛ ſeip̄is diſtinguūtur ⁊ inq̄ꝫtum referunt̄ ad
actus notionales.

## An ſuppoſita ꝑſona ſupponitur notio. Arti. XII.

Einde q̄rit̄ de hoc qꝺ dicit [notāt relatiōes q̄ M
D nō ſunt deo accidētales ſed in ip̄is ꝑſonis ab
eterno ſunt ⁊c̄. ſ.c. Uidet̄ em̄ ꝙ ex hoc ſequa Arg. pmo
tur ꝙ ſuppoſita ꝑſona ſupponat̄ notio: quecūqꝫ em̄
penitꝰ idē ſunt in re ſuppoſito vno ſupponit̄ ⁊ alteꝝ.
P. hic dicit ꝙ notio eſt ſubſtātia ſed īmediatiꝰ no- 2ᵒ
tio oꝛdinat̄ ad hypoſtaſim q̄ꝫ ad eſſentiā: ergo videt̄
ꝙ ꝓpꝛia ⁊ īmediata ſit iſta notio in ꝑſona: ſed ꝑſona
generat g̃ ⁊ notio:⁊ ſic videt̄ ꝙ ſuppoſita ꝑſona ſup-
ponat̄ notio. Item nō eſt ita fides determinata in 3ᵒ
numero notionū ſicut in numero ꝑſonaꝝ ⁊ nō condē
nantur qui dicūt notiones in diuinis nihil eſſe p̄ter
ꝑſonas:ergo videt̄ ꝙ ſm fidem catholicam notiones
nihil ſint p̄ter perſonas:ergo ſuppoſita ꝑſona ſuppo
nitur notio. Sed cōtra quecūqꝫ ita ſe habēt ꝙ ſup rō ꝓ vitate
poſito vno ſupponit̄ reliquum:in illis quicq̇d attri-
buitur vni attribuit̄ ⁊ alij:ſed nō ſic eſt de notione et
ꝑſona:quia notio diſtinguit ⁊ nō diſtinguit̄:perſona
aūt diſtinguit̄ ⁊ nō diſtinguit: ergo ſuppoſita ꝑſona
nō ſupponitur notio/qꝺ concedimus. Dicētes ad Solō
pꝛimū ꝙ licet ꝑſona ⁊ notio non differant re/ diffe- Ad pꝛimū
rūt tamen in modo intelligendi/ qui modus realiter
ſignificat̄ cū dicitur notio diſtinguit ꝑſona diſtingui-
tur. vñde nec ſufficit ad hoc ꝙ ſuppoſito vno ſuppo-
natur ⁊ reliquū idēptitas rei: ſed opoꝛtet inſuꝑ etiā
adeſſe hoc ꝙ quicq̇d cōuenit vni ⁊ alteri. Ad aliud Ad 2m
dicendū ꝙ licet notio ſit īmediata ꝑſone ⁊ ꝑſona ſub-
ſtantie ita ꝙ nullum eſt medium pꝛedicatū quo per-
ſone participēt notionem vel eſſentiam nō tamē hoc
ſufficit ad hoc ꝙ ſuppoſito vno ſupponat̄ ⁊ reliquū.
ſed opoꝛtet vnū īmediatū eſſe ad actum ⁊ attributū
alterius:ſicut generare eſt actus ꝑſone: ⁊ hic nō con-
uenit notioni vel eſſentie: ⁊ ideo cum ſic ꝓceditur no-
tio eſt perſona/perſona generat̄:ergo notio generat.
incidit fallacia accidētis. eo ꝙ ſumit̄ extraneū qꝺ nō
cōuenit ſm rationē intelligendi. Ad aliud dicen- Ad 3m
dum ꝙ licet notiones aliqui nō dicant eſſe/hoc refe-
runt ad hoc ſm ꝙ abſtractiue ſignificant̄ ſed ꝙ dice
rent nihil diſtinguere ꝑſonas diuinas: h̄ nō eſſet ca
tholicum: ⁊ ideo opoꝛtet ꝙ notiōes aliquo modo po
nant̄ vel implicite vel explicite ⁊ tunc nō omne qꝺ cō
uenit notioni cōuenit ꝑſone ⁊ ita ſuppoſito vno non
ſupponitur reliquū.

## Qđ nō oīa que de deo dicūtur ſm ſubſtantiā dicūtur: quedā enī ſm relationem dicuntur: nihil tamen ſm accidens.

Quo circa ſciendū eſt: nō omne qđ dicit̄ de
deo dici ſm ſubſtantiā: qꝛ quedā dicūtur ſm
relationē que nō eſt accidēs: quia nō eſt mu
tabilis. vnde Aug. iu. v. li. de tri. ait: Nihil
in deo ſm accidēs dicit̄: quia nihil ei accidit
Nec tamen omne qđ dicit̄: ſm ſubſtantiā de
deo dicitur: In rebus creatis atq̄ mutabili-
bus qđ nō ſm ſubſtantiā dicitur reſtat vt ſm
accidens dicatur. In deo autē nihil quidem
ſm accidens dicitur: quia nihil in eo mutabi
le eſt aut amiſſibile. Nec tamen omne qđ di-
citur de deo ſm ſubſtantiā dicit̄. Dicitur em̄
ad aliq̄d ſicut pater ad filiū: ꝛ filius ad patrē
qđ nō eſt accidēs: quia ꝛ ille ſemꝑ eſt pater:
ꝛ ille ſemꝑ eſt filius: ꝛ ita ſemꝑ: qꝛ ſemꝑ natꝰ
eſt filius: nec cepit vnq̄ eſſe filius. Qđ ſi ali-
quādo eſſe cepiſſet: aut aliquādo deſineret
eſſe filius ſm accidens diceret̄. Et quia pa-
ter nō dicitur pater niſi ex eo ꝙ eſt ei filius. ꝛ
filius nō dicit̄ filius: niſi ex eo ꝙ habet patrē:
nō ſm ſubſtantiā hec dicūtur: ſed ad inuicē
iſta dicuntur: neq̄ tamen ſm accidens: quia
ꝛ ꝙ dicitur pater: ꝛ ꝙ dicit̄ filius ꝛ eternum
atq̄ incōmutabile eſt eis. Ecce apte his ver-
bis oſtendit̄ quedā dici de deo ſm ſubſtan-
tiam: quedā ſm relationē: nihil tamen ſm ac
a cidens. Oſtendit̄ etiam ꝓprietas patris eſſe
ꝙ habet filiū. ꝛ ꝓprietas filij ꝙ habet patrē.
Ideoq̄ cū dixit eternū ꝛ incōmutabile eſſe
ꝙ pater dicit̄ ꝛ ꝙ filius dicit̄: ita intelligi vo-
luit id eſt ꝓprietas qua pater eſt pater: ꝛ ꝓ-
prietas qua filius eſt filius eterna eſt ꝛ incō-
mutabilis: quia ꝛ pater ſemꝑ pater: ꝛ filius
ſemꝑ filius. Unde ꝛ Hylarius ꝓprietates ꝑ
ſonarū aſſignans in. xij. lib. de trinitate ait:
Si ſemꝑ patri ꝓpriū eſt ꝙ ſemꝑ eſt pater: ne-
ceſſe eſt ſemꝑ filio ꝓpriū eſſe ꝙ ſemꝑ eſt filiꝰ.
Ubi em̄ ſemper pater eſt: ſemꝑ ꝛ filius eſt: ğ
qui nō ſemꝑ pater eſt: nō ſemper genuit. Itē
in eodē. Nato deo manifeſtum eſt propriū
eſſe ꝙ filius eſt.

Arti. XIII. Utrum tm̄ tres ſunt notiones in diuinis.

N Einde querit̄ de hoc qđ dicit [Oſtendit̄ etiā
o ꝓprietas patris eſſe ꝙ habet filium ꝛc̄.] ē. a.
Arguit̄ p° Hic em̄ incidit queſtio de nūero notionū ſuꝑ
em̄ ꝓbatū eſt ꝙ ſint finite ꝛ in ꝑſonis ſunt ꝛ non aſſi-
ſtentes. videt̄ aūt ꝙ ſint tm̄ tres ꝛ eſt cōis obiectio:
ōis em̄ notio eſt aliq̄ triū ꝑſonarū: ſed ꝑſone nō multi
2° plicant̄ niſi ꝑ tres: ergo nec notiones. Item ꝑſona
vna vt ꝑſona nō pōt cognoſci niſi vno modo ſicut ipa
nō niſi vno mō eſt cū ğ notio ſit ad ꝑſone cognitionē/
videt̄ ꝙ notiōes nō ſint niſi tres. Itē originis pro 3°
prietas ī diuis facit ꝑſonas: ſed vnūqđq̄ cognoſcit̄
eodē mō q̄ in eſſe ſm rōnē intelligēdi ꝯſtituit̄ ğ cogno
ſcit̄ originis ꝓprietate: ſed originis ꝓprietas in diuis
nō niſi triplex eſt. ſ. qui nō ab alio a quo alius ꝑ gene-
rationē. ꝛ q̄ ab alio ꝑ ſpirationē: ergo videt̄ ꝙ nō ſint
niſi tres. Videt̄ aūt ꝙ ſint ſex: qꝛ ita dic̄ Anſ. in li. 4°
de ꝓceſſione ſpūſſancti. Porro ſex ſunt differētie pa-
tris ꝛ filij ex hijs naſcētes noib⁹. ſ. habere patrē nō ha
bere patrē/ habere filiū nō habere filiū/ habere ſpiri-
tūſanctū de ſe ꝓcedentē nō habere ſpm̄ſctm̄ de ſe ꝓce
dentē: cū igit̄ hic enūerent̄ ſex ꝛ inſuꝑ ſit īnaſcibilitas
q̄ hic nō tangit̄. videt̄ ꝙ ſeptē ſint notiones. Item 5°
nos habemꝰ notionē vnā q̄ nō eſt ab alio: ergo habe-
bimus aliā q̄ eſt ab alio ꝛ a q̄ alius ꝛ a q̄ nullus ꝛ qui
ab alio a quo alius: ğ videt̄ ꝙ adminꝰ ſunt ſex notio-
nes. Itē videt̄ ꝙ nō ſunt niſi tres: qꝛ īnaſcibilitas 6°
eſt in vno: ſed videt̄ ꝙ paternitas ꝛ filiatio ſint vna:
eadē eſt via a theb̄ ad athenas q̄ eſt de athenis ad the
bas: ğ a ſimili eadē in eſſentia eſt cōparatio patris ad
filiū ꝛ filij ad patrē: ſꝫ patris ad filiū cōparationē no-
minat paternitas: filiatio aūt ecōuerſo: ğ eadē eſt pa-
ternitas ꝛ filiatio. Eadē rōne eadē eſt ſpiratio actiua
ꝛ paſſiua: ğ non ſunt niſi tres notiones. Itē videt̄ 7°
ꝙ nō ſint niſi due: qꝛ negatio nihil facit cognoſci. cū
igit̄ īnaſcibilitas ſit negatio videt̄ ꝙ non ſit notio: ꝛ
paternitas ꝛ filiatio ꝛ ſpiratio actiua ꝛ paſſiua ſunt
due: vt iā ꝓbatū eſt/ videt̄ ꝙ nō ſint niſi due. So- Solo
lutio ad hoc leue eſt rn̄dere ſupponēdo ꝙ tria exigūt̄
ad hoc ꝙ ipm̄ ſit notio perſone vt ꝑſone. ꝑſona em̄ eſt
nomē ꝑtinēs ad dignitatē ſicut ſupra determinatū
eſt: ğ nō cognoſcit̄ niſi ꝓprietate ad dignitatē ꝑtinēte
dico igit̄ ꝙ opꝫ ꝙ ꝑtineat ad dignitatē ꝛ illā digni-
tatē in ſpecie exprimat ꝛ ꝙ ſit principiū cognitiōis ꝑ-
ſone cū ğ nō eſſe ab alio nō cōueniat niſi vni ſoli patꝫ
ꝙ hoc qđ in ſpecie dicit/ dicit etiam dignitatē: quia
nō eſſe ab alio dignitas eſt ꝛ dicit rōnē cognoſcēdi: ꝛ
ideo innaſcibilitas notio ꝛ dignitas eſt patris: qꝛ in
ordine nature due ꝑſone nō eſſe ab alio non pn̄t. Eſſe
aūt ab alio nō determiat in ſpecie ꝛ in genere nō di-
cit dignitatē: ꝛ ideo nō eſt notio ſed ꝯſequēs notionē
Simil'r a quo alius licet dicat vel dicere videat̄ q̄n-
dam dignitatē tn̄ qꝛ in ſpecie nō determinat nō diffi
nit notionē dignitatis: ꝛ ideo nō eſt notio ſed eſſe ab
alio ꝑ generationē eſt dignitatis qđ importat natu-
re equalitatē ꝛ cōicationē ꝛ ſimiliter eſſe ab alio per
ſpirationē: ꝛ ideo illa dicunt notiones ſil'r a q̄ alius
ꝑ generationē ꝛ a quo alius ꝑ ſpirationē ſpecificāt ꝑn
cipiū cognoſcēdi dignitatē: ꝛ ideo illa etiā important
notiōes igit̄ ſunt quinq̄ tm̄. ſ. qui nō ab alio qđ dicit
īnaſcibilitatē a quo alius ꝑ generationē. ꝛ a q̄ alius
per ſpirationē ꝛ qui ab alio per generationē ꝛ qui ab
alio per ſpirationem. Ad primū ergo dicendum ꝙ Ad primū
licet quelibet notio ſit aliqua trium perſonarum nō et 2m
tamen ſequit̄ ꝙ non ſint niſi tres: qꝛ nō accipiūt nu-
merū a ꝑſonis ſed potius a ſeipis ſm qꝫ ꝑ ipam perſo
ne diuidūtur diuerſimode in eſſe perſonali et digni-
tates cognoſcūtur. Ad aliud dicendū ꝙ originis Ad 3m
ꝓprietas multiplex eſt ſm comparationē ad ante et
poſt ꝛ nō eſt tm̄ ſm numerū eorum que originantur
illis ꝓprietatib⁹. Ad aliud dicendū ꝙ Anſelmus Ad 4m
vocat differētias diſtinctiōes perſonarū penes ea q̄

cõmuniter vel ꝓprie ꝑſonas cõſequũtur ſicut nõ ha-
bere filiũ eſt cõmune quoddã ex quo nõ cognoſcitur
aliqua dignitas: vñ ibi nõ intẽdit ꝓbare numerũ no-
Ad 5m tionũ. Ad aliud dicendũ ꝙ nõ eſſe ab alio dicit dig-
nitatẽ et in ſpeciali: eſſe aũt ab alio nõ ſic dicit et ideo
Ad 6m nõ eſt ſimile. Ad aliud dicẽdũ ꝙ illud argumentũ
quidam concedunt. Sed aliter eſt dicẽdum ꝙ ſicut
in actiõe et eſt id qd̃ accidẽs eſt et eſt ſcd̃m hoc i agẽte
et eſt id qd̃ eſt actio et ſecũdũ hoc eſt ab agente in pa-
tiẽte. ita in relatione. vñ paternitas eſt in patre ⁊ ſm
qd̃ eſt ad filiũ ſic eſt adhuc in patre reſpectu filij ⁊ ecõ-
